D Quintũ autẽ prece (precepti. ptũ principale. ⁊ scõm in ordine eorꝝ q̃ respiciũt primũ ⁊ primũ negatiuũ/ est istũ. Nõ occides. Ubi p̃cipit q̃ nõ ledat proximus in sua psona ¶ Nõ occides igit supple hoĩez teip̃m videlicz. vel aliũ. ⁊ duplꝗ. videlicet aĩa vel corpe ¶ Sed ꝯrariũ huic p̃cepto videt haberi exo. xxij Et maleficos nõ patieris viuere. In quo ꝓbo p̃cipit dñs fieri occisionẽ hic vero phibet. vñ cõtrariꝰ sibiꝗ p̃ videt in legislatiõe. Sz ad hoc dicit q̃ psone priuate q̃ nullã habet iurisdictõem vel autoritatẽ/ hic phibet occidere legi autẽ vel ministro iusticie/ p̃cipit occidere Exo. xxij. Et sic nõ est cõtrarietas. qz nõ est circa idẽ seu respectu eiusdẽ. ¶ Sz nũquid aliquo modo priuate psone licz absq̃ trãsgressiõe occidere Uidet q̃ sic. admin̄ꝰ in sui defensiõe. hoc ei iura pmittũt scz iniuriã ꝓpulsare ⁊ tpate vim vi repellere. Itẽ ex ordine charitatis debeo potius subuenire vite ꝓrie. q̃ vite aliene. Unde volentẽ me pimere/ potiꝰ occidere debeo q̃ pmittere me occidi. Sed cõtra hoc videt esse illõ math. v. Si q̃s te pcusserit in vna maxilla/ prebe ei ⁊ aliã Et iõ dicũt quidã q̃ nullo mõ licet occidere etiã defendendo/ marie autẽ viro pfecto. Et hec videt esse opinio anselmi. Hec fm eos debeo opinari q̃ me occisuꝰ sit ⁊ si eũ nõ occidero. sed q̃ deꝰ prestabit mihi auxiliũ/ vel euasionis aut fuge beneficiũ. Aliꝗ volũt/ q̃ in sua defensione liceat occidere. eo q̃ lex occidere iubẽdo vel saltẽ pmittẽdo/ talem defendentẽ se/ in dicto casu iudicẽ cõstituit in aduersariũ. Unũ ip̃m vice legꝭ interficit. vñ lex prebẽdo autoritatẽ/ excusat a pctõ. Hoc tñ intellige. si necessitas ẽ inuitabilis. qm̃ si te pcusserit aduersarius ⁊ fugerit vel pcutere destiterit/ eũ repcutere nõ licet. vel seq̃ fugientẽ. qz hoc nõ fieret ad ꝓpulsatõem iniurie. sed ad vltionẽ. q̃ spectat ad solũ iudicẽ Et ñdent isti ad illõ math. v. Si q̃s te pcusserit in vna maxilla. ⁊c. q̃ illõ cõtinet cõsiliũ non p̃ceptũ. ¶ Et nota hic q̃ homicidiũ multis modis fieri ꝛ. Fit enim q̃ñq̃ sola mẽte p odiũ fraternũ Unũ Joh. epla. i. ca. iij. Qui odit fratrẽ suũ homicida est Itẽ prauum exemplũ relinquẽdo. Ut enĩ dicit gregor. tot mortibus digni sunt. q̃t prauitatꝭ exẽpla reliquerũt. Itẽ lingua ⁊ hoc triplicit vel scz ꝯtra legẽ quenq̃ morti adiudicando. Unũ. ij. reg. xij. dicit dauid variã pcussisse gladio qz morti dolosez iniuste adiudicauit. Itẽ mentiẽdo Unũ Sapiẽ. i. Os qd̃ mentit occidit aiam. Itẽ cuiq̃ detrahẽdo. vñ dicit bernard̃. q̃ detractor vno ictu tres anĩas interficit. suã. s. ⁊ illiꝰ quẽ sua detractõe inficit. ⁊ illius de quo detrahit. qz sibi forsan p̃iudiciũ mortis vel dãni irrepabilis sua detractõne parat ⁊ acq̃rit. Itẽ fit homicidiũ manu q̃liciũq̃ scilz pemptõe exteriori. siue p gladiũ. siue per venenũ. siue p aliã penã Itẽ fit homicidium p subtractõem victus. scz corpis Unũ Ambꝗ. Pasce fame morientẽ. q̃ si nõ pascis occidis. Siue victus subtractõe id ẽ verbi dei. Unde Ezech. iij. Si loquente me ad impiũ. ⁊c. Non annũciaueris eiꝛẽ vt auertat a via sua impia ⁊c. ⁊ ipse impius iniq̃tate sua moriat. sanguinẽ eius de manu tua req̃ram Unde versus. Exẽplũ

mens.lingua.manus:subtractio victus:
Corpis ⁊ aie.dici faciunt homicidam

Exposito sexti pre/

E Sextū preceptū in or/ (cepti
dine principali.⁊ tertiū eorū q̄
respiciunt primū est istō.Non
mechaberis.Ubi p̄cipit vt nō
ledatur prim⁹ in re sibi p̄iuncta p legē.scz
in vxore.Et accipit hic sub noīe mechie/
omis illicit⁹ p̄cubitus/⁊ q̄cunq̄ coit⁹ for
nicari⁹.q̄uis mechia magis ꝓprie adulte
riū dicat.Mechos ei grece/ adulteriū or
latine. ¶ Et ad hanc reduci p̄t fornicatio
spiritualis sicut ydolatria.De q̄ Jere.iij.
Mechata est cū lapide ⁊ ligno ¶ Potest
etiā ad hanc reduci expositio praua sacre
scripture Unū.ij.ad Corin.ij Non sumus
sicut plurimi adulterātes verbū dei Unū
hic nota q̄ fornicatio est mortale peccatū
Videt tamē p̄trariū eo q̄ actus natural:
Actus naturalis nō est pctm̄. Insup cuz
coire sit necessariū ad p̄seruatōem speciei
sicut comedere ad p̄seruatōem indiuidui
et in necessitate vt fame liceat etiā nō sua
rape ⁊ comedere.qz tpe necessitatis omia
sunt cōia.videt similr q̄ in feruēti deside
rio coeūdi/posset q̄s nō suā rapere ⁊ cū ea
coire. Ad quod or q̄ actus fornicatōnis
dupl'r dicit. Uno modo dicit naturalis
eo.s.qz naturaliter fit.Alio modo dicitur
cōtra naturā.Et iuxta istum scōm modū
dupl'r adhuc dicit contra naturam Uno
modo quādo fit cōtra naturalē cōcubitū
qui est maris cū femina.⁊ isto modo pōt
dici actus innaturalis. quia p̄tra natura
lem cōmixtōem. Alio modo dicit contra
naturā.qz scilz naturā in suis naturalib⁹
vulnerat ⁊ spoliat gratuitis.scz bono gr̄e
⁊ virtutis.Et isto vltimo modo/oīs for/
nicatio est cōtra naturā sicut omē pecca/
tū mortale Corrūpit enim naturalia ⁊ de
struit omia gratuita Et qz isti sunt effect⁹
mortalis peccati/ꝓpter hoc patz fornicati
onē esse pctm̄ mortale. Et sic patz solutio
argumēti/qz licet fornicatio sit actus na/
turalis/qz scz natural'r fit.est tm̄ innatura
lis qz naturā corrūpit Hec seq̄tur q̄ sit ac
tus naturalis qz naturalit fit. q̄ propte/
rea nō sit pctm̄.vbi non debito modo fit
¶ Et intellige q̄ coitus qui de se natura
lis est/post p̄tractā p peccatū primi parē
tis cōcupiscentiā/ est sicut cibus veneno
iunctus.q̄ q̄ꝗuis de se naturalis sit. tm̄ p/
pter venenī admixtōem interficit. nisi bē
ficio tyriace/comedenti subueniat. Pari
modo ⁊ aiam cōcupiscētia carnalis inor
dinata interficit:nisi beneficio matrimo/
nij ⁊ honestate nuptiarum intercipiat
Hec ē simile de extrema necessitate famis
⁊ desiderio feruēti coitus/ qz si in necessi/
tate famis nō subueniat p alienū esuriē/
ti/piret indiuiduū Non sic autē piret spe
cies generis hūani/si nō satisfiat per coi/
tum alicui⁹ cū aliena. Nam saluat in alijs
Etiā ipse posset aliter saluare scz cogno/
scendo suā propriā vxorē. ¶ Sed quare
ponūtur duo p̄cepta circa phibitōnē illi
citi coitus.s. Non mechaberis ⁊ nō cōcu
pisces vxorē proximi tui.cū vnū sub alio
possit subintelligi. Et similit de istis duo
bus. Non furtū facies ⁊ nō cōcupisces rē
proximi tui. cuz oīs qui furat rem primi
concupiscat/⁊ sic possit primū contineri
sub secūdo.Augu.soluit q̄ in duob⁹ pre/
ceptis.s. nō mechandi ⁊ nō furādi/ omia
opa interdicta sunt.in alijs aūt duob⁹ in
terdicit ipa omnis cōcupiscētia.Et quia
vtrobiq̄z est peccatū/vtrobiq̄z est mādatū
prohibitoriū. Hec similit fit phibitio de
volūtate occidēdi sed tm̄ de actu.qz natu
raliter sunt proni hoīes ad velle luxuria
ri ⁊ ad actū luxuriandi. Similit ad volū
tatē habendi alienū ⁊ ad actū.sicut ad ra
pinā ⁊ furtum Et iō due sunt phibitōes
⁊ data duo p̄cepta phibitoria.vnū cohi
bens ipam voluntatē aliud cohibens ip
sum actū. Non sic autē est in occidere. qz
homo naturalit abhorret tam voluntatē
occidendi q̄ actū. Quelibet enī creatura
suā spēm amat ⁊ nititur eā seruare nō de/
struere.nisi cū extra se exit p furorē ire vel
temere concupiscentie (precepti.

Exposito septimi

F Septimū preceptum in ordine
principali et quartū in ordine
eorum que respiciūt proximū.
quo scilicz phibet ledi ipse pro
ximus/in rebus sibi nō p legem cōiunctz
sed fortuitis.⁊ est istud. Non furtū facies
¶ Est autē furtum p̄tractio rei aliene/ in
uito dño/animo lucrādi ¶ Notāter dicit
cōtractio quia q̄s furtū nō facit nisi ope
cōtractet. ¶ Dicit etiā rei aliene.quia i re
que plenissime mea est/ nō facio furtum.

Secus aūt si ḋs habeat mecū rem cōem ¶ Dicit inuito dño. qz si credat dñm per missurū/ z subest iusta causa sic credendi etiā si dñs nō erat cōcessurus/ nō tenetur furto. Si autē nō subsistit iusta causa sic credēdi/ tenet furto. Ecōtra si crederet cō tractare rem dño iuito licet etiā cōtractet dño volēte. peccat tñ mortalit z furtū facit. qz in peccatis cōtrahēdis z cōmittendis/ intētio principaliter attendit ¶ Dicit etiā animo lucrādi. qz si ḋs ancillā aliēnā in meretricē rapuerit/ nō lucri sed libidinis causa/ furtū ꝓprie non facit secus autē si eā rapiat vt vēdat ¶ Et nota q extrema necessitate excusatur fur. qz tpe tante necessitatis oia sunt cōmunia ¶ Et intellige q sub noīe furti intelligit phibita omnis vsurpatio illicita rei aliene animo dico lucrādi. q̄lis est rapina. vsura. negociatio fraudulenta z hmōi. ¶ Et nota q nō dicit. Nō facies rapinā/ q̄uis rape sit generalius q̄ furari. Nam omnis q furat rapit z non ecōuerso. Qd̄ fecit ideo. quia iudei ḋbus hmōi p̄cepta data sunt/ pniores sunt ad furtū qd̄ est occultū. q̄ ad rapinā vbi testis adest Et ideo occurrendo magis piculoso/ furtū in phibitōe nominauit nō rapinā. Voluit tamē a ꝓte totū intelligi. vtpote ꝑ furtuz omnē rei aliene vsurpatōem ¶ Per hoc etiā phiberi videtur ne fiant violētie z nimie exactōnes et tallie principū z militū in ꝓplm suū. quia hoc videt rapina esse. z species furti. Propter qd̄ dr Esa. i. Principes tui infideles socij furum. Sed circa hoc distinguit ab aliḋbus. qz aut tallie ille fiūt sup seruos. aut sup colonos terre. Si sup seruos. cū nihil habeat nisi noīe dñi sui. videt q dominus seruū suū talliare possit. z onerare q̄tumcūq vult. Potest tamen dñs nimis angariādo seruū suū/ nimis q exigēdo et opprimēdo eū ita grauiter sic cōtra istd̄ preceptū faciēdo peccare. qz iusticia dei exigit/ vt vnusquisq re sua debite vtatur. Non tamen vt sit rapina dicunt. nec oportet de necessitate restituere. licet pietas hoc exigat. Si autē fiat sup colonos terre siue inhabitātes terrā/ tūc taxanda est illax tallia seu exactionū acceptatio fm laborē principis vel militis quē hnt in defensione illius terre. quā ipsi coloni sic talliati inhabitāt. z etiā fm expensas quas necesse est principi vel militi facere fm suam moderatā z honestā familiam. z si vltra exigāt/ rapina est. z ꝑ istud preceptum inhibetur. (precepti

¶ Expositio octaui

B

Octauū preceptū in ordīe principali z quintū in ordine eorū que respiciūt primū quo. s. phibet quis cōtra primū transgredi ore. s. ferendo falsum testimoniū Et est istud. Non loq̄ris cōtra primū tuum falsum testimoniū ¶ In quo z piuriū z mēdaciū phibent. qz vt dicit aug. lib. de mēdacio. Omne mendaciū/ hoc genere verbi cōplectitur. Quisquis enī aliq̄d enūciat phibet testimoniū animo suo. vñ si mentitur/ falsum testimoniū animo suo phibet ¶ Per hoc autē q hic dicit contra primū. vt dicit augu. de questionib' exodi. non videt prohibere mendaciū qd̄ pdest alicui z nihil obest ei cui mentit Est argumentū q est aliquod genus mendacij qd̄ non est mortale peccatū. illud scz qd̄ non fit cum libidine decipiendi vel nocendi. Nec enī omnis intentio vel libido fallēdi. efficit mortale peccatū. Predicat enī hoc comprehēdit intētio fallendi/ et de mendacō pnicioso z de mēdacio iocoso. z de mēdacio officioso. sed tamē ꝑ prius z ꝑ posterius. Et de se fm suam primariā intentōez nō dicit nisi de mendacio pnicioso Et iō solum fm se mendaciū pniciosum a multis reputat esse mortale peccatū. vt videt velle prepositin' z magister Guilhelmus antisiodorensis z alij magistri magni decretoz ¶ Sunt autē fm augusti. octo genera mendaciorz. quorz sufficientiā sic accipe. Tria enim in genere sunt mouētia ad mendaciū scilz nociuitas. libido mentiendi. z vtilitas ¶ Si autē nociuitas sit in causa hoc est si quis mentiat vt noceat Aut ergo intendit inferre alicui nocumētum spūs vt. s. subuertat a fide catholica/ aut a regulis bonorz morz. vt sunt qui dicunt xpm non incarnatū. vel luxuriā nō esse peccatū mortale z hmōi Et tūc est primus modus seu primū genus mendacij scilz mētiri in doctrina pietatis z religionis. z hoc est mortale peccatū. Aut intendit nocumētū totius homis. quod ꝓtingit duplicit. s. vel intendēdo nocere vniuersalit z totaliter. z fm genus qd̄ omnib' nocet z nulli pdest. vt q mēdacit pseqtur

hominē ad mortē Et est scōs modus seu scōm genus mendacij. Et istud est pctm̄ mortale. Aut intendēdo nocere pticulari ter ⁊ fm genus qō alicui nocet ⁊ alicui p/dest. vt est mendaciū mercatorꝝ ⁊ calūniatorꝝ. Et est tertiꝰ modus seu tertiū genus mendacij. ⁊ istud similr est pctm̄ mortale Et vocat qōlibet istorꝝ triū generꝝ mēdaciū pniciosum ¶ Si autē libido mentiendi sit in causa. hoc est si qs mentiat ex sola libidine/tūc aut mouet tm̄ ex affectiōe ⁊ intētione mentiēdi. ⁊ non ꝓpter aliō. Et est quartꝰ modus seu quartū genus mendacij. qō vocat mendaciū libidinosum. ⁊ ponit mortale pctm̄. Aut mouet ex intentione mouendi auditorē ad cōplacentiā vel risum. Et est q̄ntus modus seu q̄ntū genus mēdacij qō vocat mendaciū iocosum. qō ponitur vt cōius veniale peccatū ¶ Aut vtilitas aliq̄ est in causa. hoc ē si qs mentiat vt sibi vel alteri prosit Et tūc aut vtilitas illa ꝓsistit in bonis fortune quē perdi pñt. vt si quis mentiat/ne ꝓ raptores suā pecuniā amittat Et est sextus modus seu sextum genus mendacij. Aut illa vtilitas ꝓsistit in bonis corpis. vt cū qs mentit pro saluādo vitā hōmis. vt si homo queratur pro eū occidendo aut ad mortem ducendo. ⁊ mentiēdo dicat se non vidisse vel nescire vbi sit. Et est septimꝰ modus seu septimū genus. Aut illa vtilitas ꝓsistit in bonis anīe/que tamē sic sunt in anima vt quodāmodo etiā habeāt esse in corpe. vt cum quis mentit pro sua aut alterius pudicitia vel virginitate seruanda Et est octauus modꝰ seu octauū genꝰ mēdacij/fm debitā assignatiōem augustini. Et vocat quodlibet istorꝝ triū vltimorū generꝝ mendacium officiosum. ⁊ de se ponūtur esse peccata venialia.

De triplici genere mendacij.

¶ In summa nota q̄ in genere est triplex mendaciū. s. pniciosum libidinosum officiosum. ¶ Primū. s. pniciosum cōtinet sub se tria prima genera supposita ⁊ declarata. Et est semper mortale pctm̄ ¶ Scōm scilz libidinosum cōtinet sub se quartū genus supra positū ⁊ declaratū quod ponit mortale. Et quintū qō dicit iocosum ⁊ ab oībus ponit veniale. ¶ Tertiū. s. officiosuz ꝓtinet sub se sextū septimū ⁊ octauū genera etiā supra posita ⁊ declarata. Et est semp veniale. nisi ex accidenti efficeretur mortale.

Expositio noni et decimi preceptorum legis.

Nonū ⁊ decimū mandata in ordine principali/ ⁊ sextū ⁊ septimum in ordine eorꝝ que respiciunt primū. eo q̄ diuerso modo ordinātur fm ordinē textus exodi ⁊ deuteronomij simul ptractent. in quibus p/hibet trāsgressio in corde cōtra primum. Fit autē transgressio in corde dupliciter videlicet q̄tum ad cōcupiscentiā carnis. cōtra quā ponitur nonū mandatū qō est Non desiderabis vxorē primi tui Quod ponit nonū preceptū fm magistꝝ in lib. sententiarꝝ et fm aug. ⁊ scōm libꝝ deutronomij. licet aliter ordinet in exodo. Item fit transgressio contra primū in corde q̄/tū ad ꝓcupiscentiā oculorꝝ. cōtra quā ponitur decimū mandatū. quod est. Nō cōcupisces domū proximi tui. qō ponitur in exodo nonū ¶ In quibꝰ notandum q̄ prohibet speciali mādato cōcupiscentia carnis ⁊ concupiscētia oculorꝝ/potius q̄ cōcupiscentia aliorum malorū actuū. qz iste due cōcupiscentie hñt delectatiōes suas etiā ante opus. ⁊ nō tm̄ coniūctas opi vt dicit august. Et cum hoc etiā habēt in ope nocumentū proximi. qō nō sic est in cōcupiscentijs aliorꝝ actuū. Et ideo propter istā turpitudinē istarꝝ cōcupiscentiarum/que sic sunt ante opus/reprimendā data sunt ista mandata que prohibēt cordis cogitatum. Vel propter causam sup in fine sexti mandati assignatā. ¶ Porro quod subdit. Non seruū nō ancillam. ⁊ quod annectit nono mādato scōm ordinem exodi. ⁊ decimo scz de nō cōcupiscendo domū proximi. scōm ordinē deute. vt specialiter ad decimū ptinet mandatum. Ordinat tamē cum nono scōm dictū ordinē exod. eo forte q̄ ea que ibi enumerat sunt res mobiles sicut vxor de qua est nonum mandatum.

Vnde sumitur numerus seu sufficientia preceptorū legis.

Nunc restat videre numerum ⁊ sufficientiā istorꝝ decem ꝑcep/torum seu mandatorꝝ legis Circa qō nota q̄ sicut supra dictū

est/lex preceptorꝝ posita est propter transgressionem. Transgressio autē in primo suo genere cōstum ad materiā presentē attinet/dupliciter Habet fieri scz directe contra deū. vel directe contra proximū.

De triplici modo

transgressionis cōtra deū. ¶ Contra deū autē contingit directe trāsgressionē fieri tripliciter. s. corde ore et ope. Corde autē fit contra deū transgressio. cum q̄s. s. a ōo auertit p idolatriā vel hmōi qd p primū preceptū seu mandatū prohibet in quo dicit. Non habebis deos alienos coram me. ꝛc. Ore fit contra deū trāsgressio per nomen scz suum mentiēdo. blasfemādo. piurando. ꝛc. Quod p scōm preceptum seu mandatū prohibet. in quo dicit. Nō assumes nomē dei tui in vanū ꝛc. Opere autē fit contra deum trāsgressio. quando scilicz tempe debito ꝛ ad dei cultū principaliter deputato/fit opatio non licita/vl illi cultui seu illi tempe nō cōueniēs. Qd per tertiū preceptū seu mandatū prohibetur in quo dicit. Memēto vt diem sabbati sanctifices. ꝛc. ¶ Contra proximū contingit directe transgressionē fieri dupliciter. Vel omissione scilz boni ad quod q̄s erga proximū tenetur. Vel illatione mali quod quis sibi inferre non deberet. Cōtra primū. scilicz contra omissionē boni ad quod q̄s erga proximū tenet/datur q̄rtum p̄ceptum seu mandatū quod est Honora patrē tuum ꝛ matrē tuam. ꝛc. ¶ Illatione vero mali cōtingit tripliciter contra proximū trāsgressionem fieri. s. opere ore ꝛ corde ¶ Opere quidē dupliciter Vel scilz malū proximo inferēdo in se ipso id est in sua propria psona. Quod p quintū preceptū /seu mandatū prohibet in quo dr. Non occides Vel proximo inferendo in re sua. Et hoc iterum dupliciter. Vel scilicet in re sua sibi p legem coniūcta vt est vxor. Quod p sextum preceptū seu mandatum prohibet in quo dicit. Nō mechaberis Vel in re sua nō sibi p legem cōiuncta sed omnino separata. qualia sunt bona fortuita Quod per septimū preceptū seu mandatū prohibet in quo dicit. Non furtum facies ¶ Ore fit cōtra proximū trāsgressio sibi mentiēdo. fallendo. decipiendo. falsum testificando. Quod p octauū preceptū seu mādatū prohibet in quo dicitur. Non loquaris cōtra proximū tuuz falsum testimoniū. ꝛc ¶ Corde deniq̄z fit contra primū trāsgressio dupliciter. Vel scz cōstum ad cōcupiscentiā carnis Cōtra quod datū est nonum p̄ceptum seu mandatū. in quo dicit. Non desiderabis vxorem primi tui. Vel cōstum ad cōcupiscentiā oculorꝝ Contra qd datū est decimum ꝛ vltimū p̄ceptum seu mādatum. in quo dicit. Non concupisces domū primi tui. non seruū non ancillam. ꝛc.

Qualiter per decē 3

p̄cepta legis omne peccatū mortale prohibet.

Postremo notandū est qualr in decalogo/fit virtualiter ꝛ effectiue omis peccati mortalis prohibitio. Prohibent enī ibi septem capitalia pcta. ¶ In pmo quippe p̄cepto seu mādato prohibet supbia Ipa etenim orōni. intimo debito q̄z cultui cōtrariat. Unde eccl'iast. x. Initiū superbie hois apostatare a deo ¶ Inuidia autem prohibet in quarto p̄cepto seu mandato. Ibi enim vt a pte totū intelligat p̄cipitur vnicuiq̄z honorē debitū impēdere quod facere nō sinit inuidia ¶ Ira autē prohibetur in quito p̄cepto seu mandato. Ibi enim pfecte intelligēdo prohibet occisio seu homicidiū omne q̄z nocumentū in psona proximi. ad que inducit ira. ¶ Luxuria vero tam corpalis q̄z mētalis prohibet in sexto p̄cepto seu mandato ꝛ in nono. Ibi enim prohibet mechia omnis q̄z illicitus pcubitus. ꝛ etiā omis illicita carnis cōcupiscētia. ¶ Gula āt que deseruit luxurie in eisdē duobus p̄ceptis effectualiter prohibetur. Sicut enī in natur/nutritiua deseruit generatiue. ita ī vicijs gula deseruit luxurie. Vel scōm alios Gula in pmo mandato prohibetur Gulosi enī vt cōmunius deū non colūt sed ventrē suum. Unde ad Phil'. iij. Quorꝝ deus venter est. ꝛc. ¶ Acedia vero in tertio p̄cepto seu mandato prohibetur Ibi enī precipitur debita sabbati sanctificatio. qd proprie fit p spūalem animi quietē in deum. feruentē q̄z ꝛ diligentē laudē dei. Cuius contrariū omino efficit acedia. que in se ipsa quietē extra deum querēs/tabescit ꝛ a laude diuina torpet. ¶ Auaricia tam realis seu exterior q̄z etiā mentalis prohibetur in septimo precepto seu mandato.

⁊ in decimo. Ibi enim phibetur furtum omnis q̃ rei aliene vsurpatio indebitaq̃ detentio. Et etiã omnis mẽtalis bonorũ ⁊ rerum illicita cõcupiscentia.

Quod effectualiter in primo precepto phibeť omne peccatum.

Potest etiã ⁊ aliter dici. qz scz in primo p̃cepto seu mãdato/phibeť nõ tantũ omne capitale peccatũ. q̃ netiã omne peccatũ mortale. Tunc enim est pctm̃ mortale cũ homo plus vel eque aliquã creaturam diligit sicut deũ. Quod plane in prio precepto seu mãdato qõ est deyno deo super omnia diligẽdo ⁊ colendo phibeť. ⁊ sic ex ꝓsequenti omne mortale pctm̃ in illo prio precepto effectualr censetur phibitum

Alius modus ponendi prohibitionẽ septẽ peccatorũ mortalium p̃ decem precepta legis.

Sunt ⁊ alij aliter imaginantes qui adhuc amplius ipsa septem peccata capitalia p̃ dicta decez legis precepta seu mãdata phiberi cõcipiũt ⁊ ponũt. cõsiderãdo scz plenariã ipsorũ preceptorũ seu mãdatorũ intentionẽ. finẽ ⁊ effectũ. Dicũt enĩ supbiã phiberi p primũ preceptũ ¶ De phibitõne supbie p primũ p scõm p tertiũ p q̃rtũ Etenĩ vt dicũt iuxta quod supra tactũ est supbia facit apostatare a deo. supbia procliuis est ad contẽnendũ blasphemandũ q̃ nomẽ dei. Superbia nõ se faciliter ad debitã sabbati sanctificationẽ deuotũ q̃ cultũ deo exhibendũ disponit. Supbia nõ libẽter debitũ patri ⁊ matri ac alijs q̃bus cõuenit honorẽ impendit ¶ De prohibitiõe inuidie. Dicũt enĩ vt supra inuidiã prohiberi p quartũ preceptũ p quintũ p octauũ. Etenim inuidia nõ faciliter ad debitũ tam patri ⁊ matri q̃ alijs q̃bus ꝓuenit honorẽ impendẽdũ aĩm inclinat Inuidia sepe primũ aĩo ⁊ interdũ verbo necat. eius q̃ mortẽ optat ⁊ in ea exultat Inuidia libẽť primo detrahit falsum q̃ de eo testimoniũ phibet ¶ De phibitiõe ire. Itẽ dicunt. ⁊c. p scõm preceptũ p q̃ntũ ⁊ octauũ. Etenĩ ira facilis est ad nomẽ dei in vanũ sumendũ ⁊ blasfemandũ Ira procliuis est ad occisionẽ seu lesionẽ primo in sua propa p̃sona inferẽdũ Ira etiam inclinata est ad primũ ÿbis iniuriãdũ. ⁊ damnificandũ. ¶ De phibitiõe duplicis luxurie. Per sextũ preceptũ ⁊ nonũ dicũt phiberi duplicẽ luxuriã. actualẽ scz ⁊ mentalẽ. Luxuria etenĩ put in nomen trãsit vicij capitalis/dicit omnis illicit⁹ et indebitus actualis ꝓcubitus. Dicit etiã omnis illicita ꝓcupiscẽtia carnalis. ¶ De phibitõe gule. Dicũt gulã phiberi p primũ p̃ceptũ. p tertiũ. p sextũ. p nonum Per primũ quidẽ eo respectu quo supra declaratũ est. Etenĩ gulosi vt cõius deũ nõ debite colunt sed ventrẽ suũ. Bula respectu tertij p̃cepti nõ faciliter inclinať ad debite sanctificandũ sabbatũ. ea q̃ supportãdum. q̃ ad dictã sanctificatõem spectant. Per sextũ vero ⁊ nonũ p̃ceptũ eo respectu vt supra declaratũ est prohiberi dicit q̃ luxuria cui deseruit ¶ De prohibitõne acedie. Dicũt acediã prohiberi p tertiũ preceptũ p quartũ. p tertiũ quidẽ eo respectu quo supra declaratũ est. Respectu vero q̃rti p̃cepti. qz acedia q̃ de se negligẽs incuria ⁊ torpẽs est. oĩno impeditiua ⁊ opposita videtur debite honoratõis prouisionis ⁊ sustentationis pentũ/eorũ q̃ quib⁹ conuenit ¶ De phibitione duplicis auaricie. Duplicẽ auariciã. exteriorẽ scz ⁊ mẽtalem dicũt prohiberi p primũ preceptũ p quartũ p septimũ p decimũ. Etenim respectu primi precepti auaricia. que iuxta dictũ apli ad eph. v. ꝓie idolorũ seruit⁹ est/deũ non debite colit. Respectu quarti precepti maĩfestũ est auariciã debite contrariari honorationi subuentioni ⁊ prouisioni pentũ ⁊ aliorũ quib⁹ conuenit Respectu vero septimi precepti ⁊ decimi/ satisfacta est supra declaratio ¶ Possent et alijs modis alijs q̃ respectib⁹ ⁊ rationib⁹ ipsa septẽ peccata capitalia p dicta decem legis precepta ⁊ mãdata prohibita dici ⁊ assignari/iuxta varios conceptus varias q̃ imaginationes hominũ.

¶ Explicit secundus tractatus huius libelli q̃ est de expositione decem preceptorũ seu mandatorũ legis.

Tractatus tertius

de septē sacris ecclesie ⁊ eorꝫ declaratiōe.

HAd compē diosam sacrameto⁊ noui testamēti noti/ciā videndū est sum/matim in genere. q̄d sit sacramentū Qui/bus de causis insti/tuta sunt sacrāmta. In quib⁹ consistant An aliqua possint iterari. Quot sunt Et qualē ad vicia et ad virtutes cōtrarietatē ⁊ ordinē habeant. Deinde de quolibet sa crameto tangendū est aliquid in speciali

Diffinito sacramē/ti ⁊ eius expositio.

DIffinitio autem sacramenti ex verbis magistri in. iiij. sentētia rum elicit que est ista. Sacra/mentū est inuisibilis grē/ visi/bilis forma/imaginē ipsius gerēs ⁊ causa ēfīs ¶ Quā sic intellige. Sacramētū est forma/nō intrinseca quidē/vt est accidēs vel forma essentialis exterior. Non intri/seca quidē vt est forma essentialis. sed ex/terior vt est accīs. Uisibilis sic. s. vt sicut visus p quolibet sensu/ ita visibile pro q̄ libet sensibili. q̄si dicat. Sacramētū est sensibile signū vel sensibile signatū seu fi guratum ¶ Inuisibilis grē. i. grē que nō videt vel nō sentit sensu exteriori. Et hoc dicit ad drām decoris corpis ⁊ bmōi. que sunt grē visibiles. Imaginē gerens. i. si/militudinē ipius scz grē. Uerbi grā. Pro prietas q̄dā naturalis/cōnexa est aq̄ que in sacrameto baptismi/grām repñtat iui sibilem. vtputa refrigeriū qd est in aq̄/re/pñtat refrigeriū grē ab incendio fomitis Et vis ablutiua que est in aqua. repñtat ablutionē a macula originali. ¶ Sequtur ⁊ causa ēfīs scilz ipius gratie. cōiter ⁊ lar ge sumendo causam. sic scz q̄ illd dicat eē causa alicui⁹ rei/sine quo res ipa nō fit. q̄ uis sine eo fieri posset. De⁹ enī ꝓprie ⁊ p se causa est remissionis pcī ⁊ collatōis grē. Quia tñ hoc cōiter nō facit/ nisi ad ēfīti am sacramēti vbi sacramentū haberi pōt ideo dicit cōiter/sacramentū ipsoꝫ causa q̄si illud sine quo hec nō fiūt Qꝫ si obij ciat de corpe xpi vero/qd est sacramētum corpis mistici. vt infra dicet. qd tñ nō est signū sensibile. nec forma visibilis Dic q̄ corp⁹ illud est sensibile ⁊ forma visibilis in annexo licz in se nō sit. licz enī in suave ra ⁊ propa natura nō sit visibile aut sensi bile. est tñ visibile ⁊ sensibile in forma vel specie panis ānexi. Uñ cū dicit Sacramē tū est inuisibilis grē visibilis forma. intel lige scilicz in se vel hñs annexum visibile vel sensibile.

Quibus de causis

institute sunt sacramenta.

SEcundū magistꝫ in. iiij. sentē/tiaꝫ instituta sunt sacramenta ꝓpter humiliationē. ꝓpter erudi tionē. ꝓpter exercitiū ¶ Propt̄ hūiliationē videlicz vt ꝓpter deū subijcia tur pctōr curādus creature. q̄ p auersiōez a deo p inordinatū amorē creature subie ctus est. Equū enī est vt vbi orit peccatū ibi ⁊ moriat. ¶ De eruditione Propter eruditōem vero/vt p ipsa exteriora sacra/menta/ad aliq̄ spūalia cogitāda ⁊ consi/deranda erudiamur ⁊ excitemur. Excita/mur etenī vt aduertam⁹ p ea que exterius vident/purgationē anie intrinsecā in sa/crameto fieri. Si enī deus aiam curaret nulla exteri⁹ dū purgat vel añ vel p⁹ ꝓpo sita specie/nūq̄ cogitaret rudis homo de aliq̄ interiori purgatione. sz p hec q̄ exte/ri⁹ fieri videt/instruit ⁊ excitat ad recogi/tandū purgationē fieri interi⁹ ¶ De exer citio. Propter exercitiū ꝓo vt. s. homo in his exerceat. vt picula ociositatis deuitet qd non refert hic ad actū sacramēti. q̄ in plurib⁹ iterari non pt/sz ad actū grē sacra mētalis. q̄ freq̄nter iterādus est. ¶ Alius mod⁹ Uel pdicta fm q̄sdā distingue. q̄. s. sacrāmta data sunt clericis in exercitatio nē siue exercitiū. Di ei exercitiū hñt in ip sa scz sacramēta ministrādo. vt celebrādo penitētias iniūgendo. infirmos vngēdo ⁊ tā ipos q̄ sanos cōicādo ⁊ alia sacra ex bibēdo. In q̄b⁹ sufficiēter poterūt occu/pari tā sacerdotes q̄ alij clerici/q̄ tenētur eoꝫ esse ministri ⁊ coadiutores. Sic er/go data sunt ipa sacra clericis in exercita tionē. Laicis autē data sunt in eruditōz vt supra mōstratū est. Utrisq̄ āt tā cleri/cis q̄ laicis data sunt in humiliatōnem. quia vtriq̄ sacra suscipiūt. in q̄bus ꝓpter

deum se creature subijciūt. cui añ immo/
derate amando ꝓtra deū se subiecerūt.

In quibus consi/ stunt sacramenta

Z

Consistūt autē sacramēta. vt di
cit magister in. iiij. sentētiaꝝ in
duob⁹ scz in rebus ⁊ in verbis
Et p res intellige oīnia sensibi
lia ad sacramētū necessaria ꝑter verba. vt
aquā. oleū. linitionē. panē. vinū. impos
tōem manuū. ⁊ cetera hmōi. In sacro tū
in q̄ necessaria sunt. Per verba āt intellige
oīa verba necessaria ad sacramentū. siue
sint inuocatō trinitatis. siue alia q̄cunq;
verba ad ipm sacramentū necessaria. ¶
Unde p aquā ⁊ oleū que hic q̄si causa ex
pli ponit/ intellige oēs res necessarias in
oibus sacramētis. Et p nomē trinitatis
oīa verba necessaria ad sacrāmta ¶ Hoc
tamē scias q̄ nō in oibus sacramētis eq̄/
liter sunt hec duo necessaria. Pōt enī ma
trimoniū cōtrahi nutu vel signo. q̄ succe
dūt loco verboꝝ vt in mutis. Potest etiā
vera penitētia/ sine ꝓfessiōe ⁊ satisfactiōe
in aliquo casu haberi Verūtamē de peni
tētia dicūt alicq̄/ q̄ tota virtus penitētie/
potest haberi sine ꝓfessione ⁊ satisfactiōe
sed nō sacrm penitētie in q̄ntū sacramen
tū. qz sic id est, inq̄ntū penitētia est sacrm
cōtrito ꝓfessio ⁊ satisfactio ad esse suū exi
gunt/ vt ptes sue integrales. Et sic in ca/
su predctō habet virtus sacrāmti/ sed nō
sacramentū inq̄tū sacramentū Uñ si ho
mo sic ꝓtritus sine ꝓfessione ⁊ satisfactōe
decederet/ et ex post resuscitaret/ ipse tene
ret ad ꝓfessionē ⁊ satisfactionem.

In quib⁹ differūt sacramenta noue legis a sacramentis ve/ teris legis.

Hic notandū venit q̄liter ⁊ in q̄
bus differāt sacramēta noue le
gis/ a sacramētis veteris testa/
mēti Et ꝓm aug. tota differētia
est timoꝝ ⁊ amoꝝ. qz veteres sua sacramē/
ta adimplebāt timore. nos vero sacramē
ta euāgelica ex amore Et ad litterā datio
veteris legis tota fuit in timore ⁊ igne et
fumo. ⁊ alijs terribilitatib⁹/ sed nouā lex
tota in benignitate ⁊ gratia ¶ Hugo de
sancto victore inter sacra noue legis ⁊ sa/
cramēta veteris legis ponit triplicē drāz
Prima est q̄ nostra sacra sunt immedia/
te signa gratie/ sed illa non sic immediate
sunt signa gratie sicut nra. Scda differē/
tia est q̄ nostra sacra sunt signa ⁊ cause/ il
la ꝓo sunt signa tm. Tertia differētia est
q̄ illa sacramēta veteris legis tm promit
tunt gratiā quā non continēt/ nostra au/
tem dant gratiā quam continēt

Quot modis sacra/ menta iterentur

Tribus autē modis dicit sacra
mentū iterari ¶ Uno modo ex
pte efficiētis vrpote conferētis
Et sic oīne sacramētū est itera/
bile qm̄ idem eps freq̄nter confirmat/ fre
quēter ordīat/ idē etiā sacerdos freq̄nter
baptisat/ ꝓsecrat corp⁹ xpi ⁊ huiusmodi
¶ Alio modo dicit sacramentū iterari re
spectu suscipiētis/ vt cū ab eodē idē sacra
mentū non nūero/ sed specie suscipit Et
hec iteratio est in q̄busdā sacrāmtis/ ⁊ in
q̄busdā non Sūt enī aliqua sacramēta
instituta in remediū maloꝝ que freq̄nter
psone accidere solēt/ ⁊ in q̄b⁹ non impmi
tur caracter sic penitētia ī remediū morta
liū actuū/ ⁊ eucharistia in remediū venia
liū/ ⁊ extrema vnctio in remediū vtroꝝq;
⁊ etiā corpalis morbi Et hec sacramenta
sicut mala in quoꝝ remediū istituta sunt
freq̄nter accidūt/ ita frequēter ꝓferri ⁊ ite
rari pñt Sunt ⁊ alia sacramēta in q̄bus
impmit caracter/ ⁊ hec sacramēta propt
dignitatē caracteris quē sic imprimūt q̄
semel impssus indelebilis est/ iterari non
pñt ¶ Tertio modo iterari ꝛ sacramen
tū sic/ scz q̄ eadē forma verboꝝ nūero su/
p eandē materiā nūero ad eandē sctificā/
dā proferat Et isto modo nullū sacramē
tum iterat/ qz sic verba sanctifica seu sctī/
ficātia viderētur insufficiētis efficacie re
spectu sctificatiōis illi⁹ materie/ Qz si obij
cias de extrema vnctione in q̄ videt eadē
forma verboꝝ iterari sup eundē infirmū
Dic q̄ non iterat illa forma verborū sup
eundem infirmū nisi se aliter habentē/ et
sic alteratum/ hoc est nisi alia ei infirmi/
tas numero supueniat/ vel eiusdem infir
mitatis magna fiat immutatio/ ⁊ sic pro
prie non videtur sup eundem fieri.

Assignatio numeri sacramentoꝝ ꝓm septē virtutes

D E numero sacramēto⁊ sciēdū est. q̄ septē sunt. scz baptismus cōfirmatio. eucharistia. penitētia. extrema vnctio. ordo. matrimoniū. que cōtinent in hoc versu Abluo firmo, cibo, piget, vngit, ⁊ ordinat, vxor. ¶ Que cōueniēter septē assignātur ꝓ septem virtutes. vt videlicz baptism⁹ sit sacramentū fidei. In ipso enī iniciat ipa fides Extrema vnctō sit sacramentū spei. Qui enī inungit sperat specialr de meritis. ecclesie ⁊ de miscōia dei. Eucharistia sit sacramentū charitatis. Unde hilari⁹. lib. viij de trinitate dicit sacramentū esse amoris Confirmatō sit sacramentū fortitudis. q̄ necessaria est ad pugnā spūalē ad quā q̄s cōfirmat. Penitētia sit sacrm iusticie propter satisfactōem. in qua vnicuiq̄ reddere debet. q̄ suū est. Ordo sit sacramētum prudētie, ꝓter clauē sciētie q̄ confert ordinato. Matrimoniū sit sacramentū tpantie. eo q̄ libido in illo sacramēto honestate excipit nuptiaꝝ. ¶ Alia assignatō p cōtrarietatē ad septē pctā capitalia. Potest ⁊ aliter numer⁹ ipsoꝝ sacramētoꝝ accipi ꝓ cōtrarietatē quā bnt ad vicia capitalia. Videlicz baptismus sit cōtra supbiā. eo q̄ homo ibi se maxime humiliet/ ꝑ minissimo elemēto scz aque. Eucharistia cōtra inuidiā que cōtrariat charitati. ⁊ ita eucharistie q̄ est sacramentū amoris. Cōfirmatio cōtra acediā. eo q̄ homo cōfirmat vt fortis efficiat in spūalibus in q̄bus deluber est acediosus. Extrema vnctio contra irā. Ira enī tumere facit. ⁊ tumor⁊ mitigatio est ab vnctōne. Ordo cōtra auariciā qz ordinati/ deū esse suā portionē profitent. non aliq̄ mundanū. Unde in susceptiōe clericatus q̄ oim iniciū est ordinū/ dicit illō psal. Dnīs ps hereditat⁊ mee ⁊c. Penitētia cōtra gulā. qz inducit abstinētiā ⁊ carnis maceratiōem. Matrimoniū cōtra luxuriā vbi turpis voluptas honestate excipitur nuptiarum.

¶ Particularis declaratio sacꝝ. Et ꝑmo de baptismo

P Ost hec accedendū est ad ipoꝝ sacramentoꝝ declaratōnem. et primo de baptismo. Ubi ꝑmo videndū est q̄d sit. scz quid sit noīe ⁊ ratōe. Quot modis sit seu q̄tuplex est. Que sit ꝓria ei⁹ materia. Que sit ei⁹ propria forma. Quis sit ei⁹ effect⁹ Quis minister. Que cōditiōes accedētiū ad baptismū. De patrinis. ⁊ q̄ō est eoꝝ officiū

Quid sit baptism⁹ nomine ⁊ ratione.

U Idet autē baptismus q̄ ad nomen idem esse q̄ō lauacꝝ sic baptisare idē est q̄ō lauare Unde glosa cāti. iiij Baptism⁹ ⁊ lauacrū/ sunt eiusdē rei nomē. sed vnū latinū est. alteꝝ grecū. ¶ Sic ergo baptism⁹ dū generalr sumit idē est q̄ō lauacꝝ. Specialiter vero aliqñ ipm designat sacramentū Aliqñ autē ipam actionē. s. ipam lotōem Uñ dicit baptism⁹ iohis. i. ablutio q̄ abluebat iohes. Aliqñ vero designat ipam passionē seu susceptōem lotionis. Unde marci. vij. Relinq̄ntes enī mandatū dei/ tenet⁊ traditōes hoīm. baptismata vrceorū. ⁊ calicū. i. q̄bus lauātur vrcei ⁊ calices Aliqñ autē nōiat seu designat ablutōem sacramentalē. vt cū ōr baptism⁹ est tinctō vt in subiūcta diffinitōe exprimit. ¶ Uñ baptismus ab aug. sic diffinit Baptism⁹ est tinctio in aq̄. verbo vite scrificata. Et intellige tinctionē passiuā scz qua intingit baptisat⁹: sicut vult magister in sentētijs ⁊ multi alij Et si obijciat q̄ baptism⁹ manet in baptisato. tinctio autē illa transit. q̄re vt videt nō potest dici baptism⁹? Rñde q̄ q̄ꝗuis tinctio illa in se trāsire videat. manet tñ in suo effectu. s. in caractere quē impmit. qui q̄dem indelibilis est. ⁊ ideo nō oino trāsit illa tictio/ cū in suo effectu maneat. Et in dicta diffinitōe dū ōr tinctio supple facta in aq̄/ verbo vite scrificata. i. in aq̄ que p verbū vite. i. p ēuocatiōem sancte trinitatis sanctificata est.

¶ Quotuplex sit baptism⁹/ scz flumīs flamis ⁊ sanguinis

E St aūt triplex baptismus ¶ Baptism⁹ q̄dē flumīnis est q̄ fit in aq̄/ ꝓ modū ecclesie consuetū. Qui omnino a culpa liberat. tam scilicz peccati actualis: si ipm inuenerit sicut in adult⁊: q̄ originalis sicut in puulis qui tātū originalem culpā habent. Liberat etiā a pena debita. Insuper impmit caracterē. ¶ Baptismus flaminis est cum quis bñs fidem. volēs

baptisari/caret baptismo aque/non qdē
p negligentiā vel cōtemptū/sed ꝓpter im/
potentiā/qz.s.habere nō potest. Ubi de/
fectū suppleť gratia spūssancti. Et ista li/
berat a culpa ⁊ pena debita ¶ Baptism⁹
sanguinis est vt in martirib⁹. qui nō va
lentes habere baptismū aque/propo san
guine baptisanť. vel poti⁹ merito pciosis
simi sanguinis in cruce effusi. Et hic si/
militer liberat a pena ⁊ culpa ¶ Isti duo
vltimi modi/extenso nomīe dicūť baptis
mi. quia quo ad euacuatōem culpe ⁊ pe/
ne supplent locū baptismi flumis/sed tñ
nō imprimūt caracterē Uñ extat opinio
q̄ si cōtingeret aliquē taliū sic baptisato
rū resuscitari/teneretur denuo baptisari
baptismo aque. Nec tunc diceret baptis/
mus iterari qz nō eadē species iteraretur.

¶ Que sit propria materia in sacramento baptismi.

Propria materia in sacramēto
baptismi/est sola aqua. eo q̄ vt
dicit magister in. iiij. sententia
rū hoc sacramētū tātū in aqua
celebrať. Cuius cause ⁊ rōes sunt multe
assignari pñt. ¶ Una qz aqua vim refri
gerandi habet ⁊ abluendi Et ideo signat
grām abluentē culpe maculā/⁊ refrigerā
tem incendiū/qd est in estu fomitis ⁊ cō/
cupiscētie. q̄ duo sunt principales effect⁹
baptismi. Et iō ad designationē hui⁹ du
plicis grē/fit in aqua ¶ Secūda causa ē
ꝑmunitas hui⁹ elemēti ⁊ facilitas hñdi/
quia nullus etiā inopū phibeť ab aqua.
Et iōo qz sacramentū necessitatis est/ fit
in cōissimo elemēto. vt nullus a suscipiē
do excuseť. ¶ Tertia causa est ꝑmunitas
⁊ facilitas aquā inueniēdi. quia vbiq̄ est
⁊ in omni pte mūdi inueniť. vbi habitāt
homies Et hoc itez competit huic sacro
sic generaliť necessario ¶ Quarta causa ē
qz non vinū vl oleū sed aqua de latere sal
uatoris fluxit. vbi fm quosdā initiū sum
psit hoc sacramentū ¶ Quinta causa est
qz spūssctūs viuificās primo sup aquas
apparuit. Uñ Geñ. i. Spūs dñi ferebať
sup aquas ¶ Sexta cā est qz saluator no
ster in riuis iordanis sua mundissima ac
sanctissima carne hoc elemētū tetigit dās
ei virtutē vt spiritiferas aras facere possit
vt dicit Chryso. ¶ Sed nūquid in quo/
libet aqueo liceat baptisare. Aliqd pri/
mo in aqua marina que non videť aqua
simpler qz habet imnixtū adustū terestre
ob quā causam est falsa. Itē nūqd in bro
dio vel ceruisia vel medone. Itē nunqd
in aqua calida vt in balneo. ¶ Circa hec
ab aliqbus sic distinguitur/quia vel illa
ꝑmixtio aq̄/tollit speciē ⁊ ꝓprietatē elemē
ti/⁊ ipm trahit in aliā spēm aut non Si
aūt tollit/ tunc in illa ꝑmixtione non po
test fieri baptismus/sicut nec in medone.
nec in ceruisia. nec in liriuio ⁊ vrina. nec
in aqua quā alchimiste faciūt ad mutan
da metalla. que vehemētissimā vim habz
purgandi ⁊ dissoluēdi. Si autē non tol/
lit ꝓprietates ⁊ spēm aque. quī ipsa aqua
remaneat in virtute refrigerādi ⁊ abluēdi
et non dissoluēdi ad modū aquarū acuta
rum. tūc in illis potest fieri baptism⁹. vñ
in mari ⁊ in aqs turbidis/ potest fieri ba
ptismus. ⁊ etiā in brodio si non sit remo/
tū ⁊ alteratū in specie elementi p illud qd
coctū est in eo. ¶ Uñ adhuc queriť vtrū
in aqua calida sicut in balneo possit fieri
baptismus. Constat q̄ sic. eo q̄ illa aqua
p accidentalē caliditatē/nō amisit suā na
turalem frigiditatē. q̄nimo ꝑsultius face
rent sacerdotes/vt dicūt aliqui si in tem/
pe frigido facerent aquā pro baptisando
calefieri quia aliquādo puuli baptisandi
adeo frigore aque penetranť. q̄ inde con/
trahūt mortales infirmitates ⁊ moriunť
¶ Sed quid si alius liquor admisceatur
aque. vtpote ceruisia vel vinū nunqd in
illa aqua fit baptismus. Dicitur q̄ sic. si
aqua in illa ꝑmixtōe pdomineť alias nō.

¶ De forma prescripta sacramenti baptismi.

De forma pscripta huius sacra/
menti dicendū est quid sit quo
ad verba proferēda. Quo ad i/
mersiones faciendas. Quo ad
quedā preparatoria que de huius sunt so
lennitate sacramenti.

De forma sacramēti baptismi quo ad verba

Forma aūt verbor̄ talis ē Ego
baptiso te in nomīe patris ⁊ fi
lij ⁊ spūssctī. Ubi nota q̄ hoc
pnomē ego fm oēs fere doctores etiā de/
cretistas/ñ ē de necēitate sacri. ⁊ pt omitti
sñ mag culpa. tuti⁹ ē tñ apponere. sz reliq̄

verba sunt de forma quo ad necessitatem adeo ꝙ si aliquid eorꝫ omittatur non fiat baptismus. ¶ Qd autē apostoli baptisauerūt in nomie xpi et nō expresse inuocādo trinitatē triplex cā assignatur Una qr illo tempe odiosum erat illud nomē saluare. ⁊ iō vt homies videntes spūm visibiliter ad eius inuocatōem descēdere/magꝭ illud nomē reuererētur/caurū fuit ad tēpus apud eos donec illud nomē amplio publicaretur ipo īuocato baptisare Alia causa fuit significatio nois. que iplicite exprmit trinitatē. qr in hoc noie xps q̄ interptatur vnctus/intelligitur vngēs pat vnctus filio. vnctio spūsctūs. Terna causa fuit reuelatio diuina eis facta. que licet nō legatur. nō putatur tamē apostolos ꝓsumpsisse nisi spiritussancti instinctu ⁊ iussione monerētur ¶ Sed q̄d si modo in ooie xpi baptisaretur Dicūt quidā magistri doctorꝫ/ꝙ nō debet in nomie xpi baptisari. si tamē baptisatū fuerit valet baptismo Ambro. Hugo de sancto vic. lib. de sacramētis. Et magister in li. iiij. sentētarum videtur idem sentire. ⁊ etiā modernorū aliqui. ¶ Alij quidā licet pauci quos viderim sentiūt cōtrariū. eo ꝙ ꝓm ipsos nō fit baptismus his diebus nisi p inuocatiōem trinitatis explicite ¶ Sed q̄d si ex turbatione animi vna tantū psona noiaretur. vt si diceretur solū/baptiso te in nomine patris. Itē quid si fiat aliqua trāspositio aliquarꝫ dictionū. vt baptiso te in nomie filij ⁊ patris. ⁊c. Item quid si fiat appositio aliarꝫ dictionum. vt baptiso te in nomie patris ⁊ beate marie. Itē quid si in platione verborꝫ fiat aliqua interpositio. vtputa baptiso te in nomie patris ⁊ interponatur. veni huc vel porta salt huiusmodi. ⁊ postea dicatur ⁊ filij. ⁊c. Quid si fiat corruptio verborū. vt baptiso te in noie patra ⁊ filia ⁊ huiusmodi ¶ Respondio in primo casu hugo de sancto victore baptisatū dicit. Ait ei Uides ergo qualr in fide trinitatis solo pre ⁊ filio nūcupato plenum fit baptismatis sacramētū. Alij volūt ꝙ nō sit baptismo sicut plene vult huguelino in apparatu suo sup decretales Magister etiā albertus idē dicit. ⁊ plene cōtradicit in libro sentētiarū in hac pte. vbi p vnius psone nomen intelligi dicit trinitatē. in quo noie apostoli baptisauerūt ratōne iam dicta. s. ꝙ cuiuslibet istorꝫ triū nominū significatio implicite exprimit trinitatē. ¶ In secūdo casu cū fit aliqua trāspositio dictionū ꝓm huguelinū. et ꝓm aliquos modernorꝫ magistrorꝫ / q̄ volūt ꝙ ipse ordo verborꝫ sit de forma baptismi nō est baptisatū. Alij dicūt ꝙ peccat qui trāsponit. tamē si nihil aliud faciat nisi trāspositōem/nec intēdit deridere vel heresim inducere baptisatū est. quod ego melio credo. ¶ In tertio casu. s. cū aliquid apponit distinguūt aliq. qr aut apponit aliquid nō corruptū. vt patz in exēplo supius posito vbi addit. ⁊ btē marie. Et tunc dicūt esse peccatū in appositiōe. sed ꝙ baptisatū est. Aut apponit aliquid corruptū vt si dicat. Hō baptiso te in nomine pris ⁊c. Uel baptiso te in nomie patris. ⁊c. ⁊ diaboli. Et tūc dicūt nō esse baptisatū nec aliq̄d fieri. ¶ Et eodē modo in quarto casu cū fit interpositō aliqua. maxime si casu vl aliqua necessitate aliq̄d interponat qd nō corrūpit. vt patz in dicto exemplo. Et istā opinionē videt ꝓfirmare augu. in de vnico baptismo lib. vi Alij volūt ꝙ in isto quarto casu nō sit baptisatū maxime int̄posito aliquo qd fit p̄ter vel cōtra formā. ¶ In vltimo casu dicit ꝙ si dicātur corrupte verba ex ignorātia vel impotētia recte sonādi. tamē nō intendat baptisans heresim seq̄ vel inducere. baptisatū est. Secus tamē esset si fieret corruptio in p̄ncipio dictōnis. qr corruptio in principio dictōnis variat ⁊ aufert signatū ipius dictōnis. nec sic est dīi corruptio fit in fine. Undeverbi grā Iste dictōnes sortes sortis sortē eandē psonā signant ⁊ rep̄sentant. nō sic autē iste dictiones sortes ⁊ mortes Et ideo dicūt ꝙ corruptio in p̄ncipio dictōnis tollit formā baptismi. nō autem corruptio in fine.

De forma baptis

Hmi quo ad immersiones.

Orma autē baptismi quoad immersionē hec est. vt accipiat puer per latera. facie eius versa. capite etiam ad orientē verso. ⁊ mergat. ⁊ simul mergēdo dicat. Ego te baptiso in nomie patris Secundo capite ad aquilonē verso dicat et filij. Tertio capite ad austrū verso/ dicat ⁊ spiritussancti. Ut sic pedibus semp versus orientē tentis formet crux xpi in cui

morte baptisamur. Hoc tamē scito q̄ si prima mersiōe omnia verba pferanť com pletū est sacramentū. et pfecte baptisatū. ¶ Sed q̄d si moriať puer in prima mersione patre nomiato. vel in secūda patre ⁊ filio nomiatis? credit q̄ baptisatus sit plene / quia tūc summ⁹ sacerdos supplet q̄d minister supplere nō potuit Idem dicit si sacerdos vel quicūq̄ baptisans vna mersione facta vel vna psona nominata moriať. ¶ Sed q̄d si fiat mersio nihil dicendo p̄ turbatōe/ vel ignorātia vel si mutus sit qui baptisat? Dicit ab oībus q̄ nihil tūc fit. cum ipsa trinitas nec explicite vel implicite nomiet. ¶ Sed quid si nō assit tantū de aqua vt infans ex toto mergi possit? Dic q̄ tūc illud quod est principalior ps vtpote caput/ vel mergať vel aqua pfundať. Si enī vna extremitatū/ vtpote manus vel pes immergať. dicunt quidā q̄ nō baptisatū est. Aliqui alij decretiste dicūt. q̄ si aqua in quacūq̄ parte corporis cadat baptisatū est. Et ponunt argumentū p simile. Sicut sufficit possidere ptem agri ad hoc vt quis totū possidere videať. dū tamē eius sit animi vt totum possidere intēdat. Idem sentiūt quidam de his qui nō total'r egressi sunt vterum maternū. videlicet q̄ si principalior ps egressa fuerit poterit baptisari Quod vtrum verū sit nescio. p̄sertim cū oporteat quēlibet nasci ad hoc vt renascatur.

De Forma aliquorum que sunt de solēnitate baptismi.

FOrma autez que seruari debet in baptismo que cōcernit aliqua que sunt de solennitate baptismi in his constat. Ut p̄mo scilicet cathezizet baptisand⁹ ¶ Circa q̄d multa diuersimode fiūt ꝓm diuersas consuetudines ecclesiarū. Sed vt frequētius primo exufflať. vt virtus demonis exterior expellatur ¶ Secūdo signū crucis fit ei in pectore ⁊ fronte. vt diabolus se cognoscat pelli ab illo tam in occlto cordis q̄ in apto cōfessionis. ¶ Tertio accipiat sal in ore/ vt sapor sapiētie p̄paretur. et fetor fomitis restringať. ¶ Deinde fit linitio auriū ⁊ nariū cū sputo/ vt discretōem fidei habeat ⁊ grām que p salīuā a capite descēdentē signať/ vt scz sensus eius quo ad doctrinā fidei in auditu/ ⁊ discretio in naribus significata/ apiantur xpo ¶ Deinde fit inunctio in pectore. propt' cor ad prepandū/ et in spatulis vt fortitudinem accipiat ad portandū onus dñi ¶ Post baptismū autē fit inunctio crismatis in vertice/ vt appareat mens imputribilis deo/ vel vt spiritui xpi pticipando/ merito deinceps xpianus appellaret/ heres iā regni effectus ¶ Deinde fit vestitio deveste cādidissima/ in signū innocētie/ q̄ accipit in baptismo ⁊ glorie quā expectat in resurrectōne ¶ Tandē cere⁹ accēsus sibi ponit in manu/ vt sic luceat vita eius coram hominib⁹/ vt glorificet pat' qui in celis est ¶ Et si adest episcopus confirmet ¶ Et si adult⁹ est/ dať ei eucharistia post confirmatōnem

Quis sit effect⁹ sacramenti baptismi

QUis aūt sit effectus baptismi liquet ex doctrina magistrorū qui ponūt triplicē eius effectū Primus effect⁹ est omnimoda euacuatio culpe original' in puulis/ et tā originalis q̄ actualis in adultis/ p̄ter exteriorē penitentiā ¶ Secūdus est debilitatio fomitis. ¶ Tertius est collatio gratie

Quis sit idoneus minister sacramenti baptismi. R

MInister autē in hoc sacramēto quo ad deū ⁊ eccl'iaz/ est habēs ordinē sacerdotalē iurisdictōz ⁊ laudabilē vitā Tpe tamē necessitat⁹ ēvel esse pōt quilibet nec sexū virilem nec ordinē/ nec iurisdictiōem hñs. nec laudabilē vitā imo etiā vetula. Largissima eteni pietas dei qui neminē vult pire/ sicut ad hoc sacramentū tam necessariū/ prouidit cōmunē materiā que ab oībus potest haberi ⁊ vbiq̄ inueniri. ita etiam in casu necessitatis de generali mīstro prouidit/ voluitq̄ vt īpi⁹ necessitatis tpe quilibet aliū possit baptisare. Ūñ q̄ tūs talis nō habeat prātem ex ordīe/ habz tamen prātem ex tempe ¶ Sed nunq̄d licet aliquē in necessitate/ a sacerdote symoniace recipere baptismū/ maxime cū aquā ad sevel puulū suū baptisandū aliter habere non possit nisi eam emat? Item nunq̄d ebrius q̄ iā amisit vsum lingue possit baptisare? Itē nūq̄d heretic⁹ p̄t baptisare?

Nunqd potest vnus duos baptisare dicendo. Ego baptiso vos. ꝛc. Et ecōuerso plures vnū dicēdo. Nos baptisam⁹ te ꝛc. Item pōt ne aliqs in vltima necessitate cū nō est ali⁹ pñs baptisare seipm Itē qd si iocose vel ioculatorie ds aliquē baptiset. nunqd baptisat⁹ est. ¶ Rndet in prio casu fm quosdā. Qꝛ si sacerdos nō vult te baptisare vel puulū nisi des preciū/non dabis. sz hoc facies q si sacerdos pñs nō esset facturus esses. eo q nullo modo facienda sunt mala vt eueniāt bona. Sz plures alij dicūt q in dicto casu possit ab eo baptisari. eo q ārens baptismū/ nō emit aquā nō emit actū baptismi. sed tēpe necessitatis pt redimere vexationē sui iuris ꝛ pro se si ipse baptisand⁹ est/ꝛ p puulo si quē habeat baptisandū. Et tūc nō fiunt mala vt eueniāt bona. nec cōmittit symonia ex pte querētis baptismū. nec etiā cōmittit se discrimini p salute sua vel alterius ¶ In secūdo casu scilz in ebrio. aut in tali ebrio suffocat omino rō. aut nō suffocat. sed tm patit impedimētū lingue. Si autē omino suffocat ratio. dicit q baptisare nō potest. Si autē impedimētū tātū lingue patit/habet qꝛ discretōem/pōt niti ad formandū dictiōes cū studio. Unde si nō assit alius. pt talis baptisare. Sed si nullā posset dictōem exprmere/ sectis cēt. Sed nō videt q ebrietas q nō ligat rationem/tm impedimentū pstet vt cū diligēti studio nō posset exprmere verbū. ¶ In tertio casu. s. de heretico dr q heretic⁹ baptisans in forma heretica nō baptisat. sz heretic⁹ baptisans in forma eccl'ie. dūmodo habeat intentionē baptisandi baptisat in fide eccl'ie. ꝛ baptisatū est. Et ponit de hoc aug. cōtra donatū hereticū ꝓuenientes exēplū. Quia sicut Jacob semē bndictū/nō tm genuit p vtez liberaz. sed etiā pervtez ancillaz. ita ꝗs nō tm spūaliter regenerat ministerio fideliū/ sed etiā ministerio infideliū. eo q actus su⁹ sit nō hominis. ¶ In quarto casu dr q vnus pōt tot baptisare quot pōt simul mergere vel pfundere p necessitate. Dico q pter necessitatē nullatenus est hoc faciendū. nec est ly te in tali casu de necessitate forme. quia dñs tradens formā baptisandi dixit eos. cui tantū ꝓsonat vos quantū te. Sed secus est si duo baptisent vnum/dicēdo baptisamus te. quia fm huguelinū in apparatu suo sup decret. nō est baptisatus Sz si plures simul mergant puez proferētes singuli formam ecclesiasticā/ego baptiso te. ꝛc. cōfertur baptismus. Nec est iteratū sacramentū ꝓpter illā verboz iteratiōem seu multiplicatōnem vt dicūt. nisi cū hoc etiā iteraret ꝛ mersio siml'. ¶ Sed esto q duo sint baptisantes aliquē. quoz vnus sit mācus ꝛ dicat verba. ꝛ alius mutus ꝛ mergat puez. nūquid est baptisat⁹ Dicit q nō. qꝛ in omni sacro hñte prescriptam formā/illud qd solēnitatis est bñ diuidit sed illd quod est necessitatis nequaqꝫ Et ideo qꝛ vtrūqꝫ sez formaverboz ꝛ mersio sunt de necessitate sacri/ diuidi non pñt. vnde nō est baptisatus ¶ In quinto casu scz vtz aliqs possit seipsum baptisare. Scōm canones ꝓstat q nō. ꝛ forte iō qꝛ sub hac spe possit nimis differri baptismus. eo q qñ vellet posset seipm baptisare. Insup sicut cōtra naturā est q quis se ipm generet. ita contra ratiōem videt esse q quis seipm possit regenerare. Verum tamē si desideret baptismū. ꝛ nō sit alius qui seipm possit baptisare. si in illo statu moreret/saluaret. eo q esset baptisat⁹ baptismo flaminis. qui supplet in necessitate baptismū fluminis ¶ In vltimo casu dr q si iocose cū intentōe tamē faciēdi qd facit eccl'ia/sup nō baptisatū pferat verborum formā/mergēdo in aquā ipso tūc vl' ante nō reclamāte baptisat⁹ est. qꝛ tūc nō totū fuit iocosum vel ioculatoriū. eo q intentio faciēdi qd facit eccl'ia/ ioculatoria nō fuit. Si autē totū fuit ioculatoriū vel ipse reclamasset. tūc nihil fieret Et ponūt iurispiti exemplū p simile in stipulatiōe. Nam cū ludendo dicūtur hec verba spōdes. spondeo. nō inducitur obligatio.

De qualitatib⁹ seu conditionib accedentiū ad baptismum. S

Nunc dicendū est de cōditionibus accedentiū ad baptismuz. Et primo querit deficte accedēte vtz baptismū recipiat Item vtrū dormientes possint baptisari Item an amētes. Itē an inuiti ¶ Ad primū dr q fictus suscipit baptismi sacramētū. sed non rem sacramēti vel effectū. eo q ponat obicem spirituisancto. ꝛ gratie sacramentali. Vult enī aliquid/ quod stare nō pōt cum grā sacrali. sz cessante fictōe suscipit

effectum. Quis autē dicat fictus/ ⁊ quis fictus recipiat caracterē ⁊ ḋs nō. Dic in effectu post Raymundū in summa q̄ ille fictus qui se simulat velle suscipe baptismū/ ⁊ omino suscipe nō intendit. nō recipit sacramentū nec rē sacramēti Sed qui exteri⁹ suscipiēs/ se simulat interi⁹ dispositū cum nō sit vel qz nō credit. vel qz indeuotus. i. cū ꝓposito peccādi accedit vel contēnit sacramentū id est nō reuerek/ ille nō suscipit rē sacramēti. i. grām. caracterē tm̄ suscipit. ¶ Jn scō casu scz de dormiētib⁹ distinguit. Aut qz ante dormitōnem habebāt voluntatē omino cōtrariā ⁊ repugnantē/ ⁊ in ipsa cōtradictōe pstiterūt aut nō Si sic. tūc dormientes si baptisentur/ nihil recipiūt nec sacr̄m nec rē sacri/ vt pz extra de bap. c. Maiores in fi. in antiḋs. Si autē nō apparuerit talis voluntas eoz. sed vigilātes institerint baptisari. tūc si timeat de piculo/ pñt dormiētes baptisari. ¶ Jdē dicendū est de letargico ⁊ de amentib⁹ De amentib⁹ tm̄ distinguūt aliqui. Aut furia est ꝓpetua. aut non. Si sic. p infantibus habēdi sunt. q̄ etsi nūq̄ꝫ voluerint baptisari. nūq̄ꝫ tamē etiā noluerint. qō sufficit ad baptismalē caracterē imprimendū. Si autē furia nō est perpetua. vtputa qñ aliquis incidit in furorez vl amētiā. tūc distinguēdū est. sicut supra distinctū est de dormientib⁹. ¶ Ad illud autē quod querit de inuitis distinguēdū est. qz aut omino ita fuerūt nolētes baptisari vt p posse suo resisterēt ⁊ resisterēt cū vsu rōis. quod dico ꝓpter amētes. ⁊ tales nullo modo recipiūt sacramentū. nec vt priores sunt rebaptisandi.

De patrinis et ad quid tenentur.

Postremo de patrinis tangendum est q̄ sint. ad quid tenētur Jn cuius psona respondeant. An excusent a mēdacio ¶ Solutio fm Hugonē de sancto vict. patrini vocant qui puulos ad baptismū offerūt vt regenerent ad vitā nouā ¶ Et scias q̄ patrini idonei/ nō pñt esse infideles. cum teneant instruere puulū in fide catholica quod nō potest infidelis ¶ Jtē nec religiose psone. ꝓpter suspectā familiaritatez q̄ generat p talē generalē ꝓpatrinitatē ¶ Ad quid autē patrini teneant. scias q̄ fm augusti. maxime tenent ad duo scilz monere ad virtutes. ⁊ docere symbolū. ⁊ orōnem dñicam. Dicit autē magister Albertus q̄ patrini ad istā diligētiā obligant si tamē aliter nō instruātur puuli. Sz qz pentes sunt cōiter in istis circa puulos diligētes Credo etiā/ ⁊ pater nr̄/ cātant in eccl̄ia. et mores p̄dicant. ac in bonis opib⁹ ostēdūtur. in mgna pte excusant modo patrini. Secus aūt fuit in p̄mitiua eccl̄ia. q̄ndo puuli inter infideles nutriebant ¶ Deni q̄z patrini in psona puuloz respondēt. ⁊ tm̄ valet cū ipsi patrini dicunt credo. acsi puuli met dicerēt. sacr̄m fidei patus sum suscipere. Qō vez videt. cū non habeant obicē cōtrarie volūtatis vel dissensus. et ad credendū ista/ non repiat in eis vsus liberi arbitrij. Patet ergo q̄ patrini ita p puulis respondētes nō mentiūtur.

De sacramento cōfirmatōnis ⁊ ptinētibus ad ipm.

Jta materia autē sacramenti cōfirmatōis videndū ē prio Utz istud sacr̄m sit necessariū ad salutē. Que sit propa materia in hoc sacrāmto Que sit ꝓpria forma Quis minister. Quis ei⁹ effectus. Quales ad confirmatōem accedere debēt. Et an aliquis possit seipsum repsentare.

An sacramentū cōfirmatōnis sit necessariū ad salutem.

Ata autē confirmatio sit necessaria ad salutez dubitari pōt. Et videt q̄ sic. loquendo etiā non quo ad esse bñ institutū. sz quo ad esse necessariū. maxime cū dicat Hugo de sancto vict. Quid pdest si p baptismū a lapsu erigeris nisi etiā p ꝓfirmatōez ad standū cōfirmeris ¶ Ad qō dici potest q̄ vno modo loquēdi ꝓfirmatio necessaria est. alio modo nō. Necessitas enī duplex inuenit. quedā absoluta. ⁊ quedā cōditōnata Absoluta est. qz illud sine quo res eē nō potest. necessariū dicit. Sic baptism⁹ necessarius est ad salutē. quia sine eo non est salus. nisi cū necessitas excluderz sacramentū. Sic etiā penitentia necessaria est ad salutē post lapsum in mortalē culpam Et isto modo cōfirmatio nō est ad salutē necessaria. Alio modo dicit necessitas cōditionata. i. fm q̄d vt si homo nō debeat

debilitari/necesse est bñ comedere Et isto modo dici pt q cõfirmatio/ ad salutẽ est necessaria. Nã ad hoc q debeat vita spiritualis ⁊ salus in baptismo adepta/robuste cõtra hostes spũales custodiri/necesse habet hoc sacramẽto ꝓfirmari ⁊ cõfortari. Datur enĩ hoc sacramentũ ad robur. Unde dicit hugo de sancto victo. illõ qõ supra allegatũ est. Quid pdest. ⁊c. Nõ qr sine cõfirmatione nõ valeret baptismus ad salutẽ. qr hoc falsum est. sed qr frequẽter in pugna spũali/ ex debilitate virtutꝭ spũalis/accideret etiã facilitas cadẽdi. et proinde dãnatio. nisi esset confirmatio.

¶ Que sit propria materia in sacramento cõfirmationis

Materia autẽ huius sacramenti debita est crisma. qõ ꝓficitur ex oleo oliuaꝝ. ⁊ balsamo. p consecrationẽ ⁊ sctificatõem põtificis. ¶ Rabanus de naturis rerꝝ Balsamus in crismatis cõfectiõe/ liquori oliue cõmisceri. ⁊ põtificali bñdictiõe solet cõsecrari. Unde aliõ oleũ q̃ oleũ oliuaꝝ vt cõiter dicit. vel oleũ ⁊ balsamũ nõ cõsecrata/nõ sunt. nec esse pñt materia huius sacramẽti. ¶ Hec est simile de baptismo. in quo in necessitate põt esse materia aq̃ nõ cõsecrata. qr baptism⁹ sacr̃m est necessitatis. ⁊ iõ in necessitate/sine mora bñdictionis. cũ forma ecclĩastica baptisat. Cõfirmatõ autẽ nõ est sacr̃m necessitatis. eo q multi nõ cõfirmati saluant. dũmodo contempt⁹ sacr̃i nõ interueniat Jõ etiã in necessitate/ oleo nõ consecrato/ non potest quis confirmari.

Que sit forma in sacramento confirmatõnis.

Forma enĩ verboꝝ quib⁹ vtuntur epi duplex est. Et ꝯm q̃sdaꝫ talis est. Signo te signo crucꝭ ⁊ cõfirmo te crismate salutis ꝯ in nomine patris. ⁊c. Scõm alios talis est Firmo te signo crucis ⁊ crismate salutis in noĩe patris. ⁊c. Sed prim⁹ modus generalior est. eo q generali⁹ dicant priora verba in ꝓsecratione ¶ Et nota cũ hoc sacramentũ ordinatũ sit cõtra debilitatẽ ex fomite surgentẽ. q̃ nõ tota purgat in baptismo. sed remanet debilitas ad exercitium. ⁊ sit duplex debilitas in nobis scz interior ⁊ exterior. indigem⁹ primo vt tollat a nobis interior que est verecũdia noxia/cõfitendi nomẽ xpi. q̃ tollit de iure in cõsignatione ⁊ impssione crucis in fronte. in qua cõscribũt vexillo summi ĩpatoris in quo ipse de hoste triũphauit q oẽꝫ pudorẽ debet euacuare. ⁊ gl'am supinducere multiformẽ. Exemplũ de portantib⁹ insignia regis in armis suis. Unde dicit paul⁹ ad gal'. vlti. Mihi absit gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu xpi. Ad absolutionẽ ergo hui⁹ verecũdie/ fit in cõfirmatione/cõsignatio crucis in fronte. vbi locus est verecũdie. ⁊ dicit cõsigno te signo crucis ¶ Indigem⁹ etiã vt tollat a nobis debilitas exterior. q̃ est flexibilitas seu instabilitas ad standũ exteri⁹ in cõfessione nois xpi/coram regib⁹ ⁊ principibus mũdi Ad hoc fit cõfirmatio crismate salutꝭ. qõ designat ipsa inũctio. vt sicut inũctio per subintratõnẽ in substantiã corpis ministrat ei fomentũ hũoris/ne desiccet ⁊ rigescat in pugna. ita ipsa inũctio crismatis robustos ⁊ intrepidos nos efficit ad resistendũ ꝓtra principes hui⁹ mũdi. hoc est ꝓtra pctã ⁊ ꝓtra principes tenebraꝝ. hoc est cõtra demones. Et ad istud robur cõferendũ dicit. Cõfirmo te crismate salutꝭ ¶ Et notandũ q q̃ruis nulla forma verboꝝ legat quib⁹ cõfirmabãt apl'i. ĩmo vt videt Actu. viij. tm̃ ysi sunt p cõfirmatõe impositõne manuũ. tm̃ credũt maiores/ eos nũq̃ sine verbis nec sine materia crismatis. determiata/ꝓfirmasse. Cui⁹ argumentũ est q in lib. de eccl'iast. hierarchia beati dionysij. qui cũ apl'is fuit/habetur expssum capitulũ de pficiẽdis ⁊ in tẽplo offerẽdis. vbi loqtur de sanctificatõe crismatꝭ ¶ Pñt hic multa queri ⁊ sil'r solui vt supra q̃situ est ĩ tractatu de baptismo.

¶ Quis sit minister sacramenti confirmatõnis.

Est autẽ minister in hoc sacr̃o solus eps. cuius ratõ assignat. Nam rẽ aliquã statuere vel facere minoꝝ est. sed factã confirmare est maioꝝ. Et ita baptisare/ oĩm sacerdotũ minoꝝ est. cõfirmare vero p⁹ baptismũ/maiorũ est scilz epoꝝ. Insup res hui⁹ sacramẽti/spũsanct⁹ est. vel grã ei⁹/ collata ad robur cõtra debilitatẽ ⁊ timiditatẽ ex fomite pcedentẽ. et iõ cõueniẽs q

quo ad signū sacrāmtale ab eo qui pleni/ tudinē ptātis ⁊ vigoris habet descendat ¶ Si autē obijcias. si solus ēps hoc facere potest. aut ergo hoc habet ex ordie aut ex iurisdictōe. Si ex ordine. ergo hoc etiam poterit simpler sacerdos. quia episcopus nullū habet ordinē quē non habeat sacerdos ad min⁹ fm eos qui ēpatum nō ponūt esse ordinē Si autē ēps hoc habz ex iurisdictōe/ sequit q̄ electus cōfirmat⁹ ante cōsecratiōem oīmodā habet iurisdictōem. ¶ Tu dic q̄ hoc scz q̄ sol⁹ ēps potest ꝓfirmare nec ex ordie tm̄ nec ex iurisdictōe tm̄ habet. sed ex vtroq̄z simul Ūñ hoc annexū est officio ēpali/ sicut cōsecratio ecclīaꝝ ⁊ ordinatio clericoꝝ. ⁊ velatō virginū ⁊ hmōi ¶ Sed q̄d si aliq̄s ēpus cōfirmet crismate/ nondū baptisatū siue nondū xpianum. ⁊ fiant oīnia que exigūtur ad collatōem hui⁹ sacrāmēti. nunq̄d sacramentū tale est isti nō baptisato collatum? Dicūt fere oīes q̄ nō. eo q̄ baptismus sit ianua ⁊ fundamētū oīmū sacramentoꝝ. Et sic vbi nō nisi p baptismum pōt ad alia sacrāmēta iter haberi. sic nec ad alia sacramenta potest sine baptismo supedificari. Sunt alij qui videntur modo contrario sentire.

Quis sit effect⁹ sacramenti confirmatiōis.

DEnicq̄z effectus hui⁹ sacrāmēti p supra dicta in pte ptz. Scōm enī Rabanū effectus hui⁹ sacr̄i est roboratio p spm̄ sctm̄. vt scz intrepide pdicet aliquis qd̄ ipse accepit. Et dicit magister in. iiij. sentētiaꝝ q̄ effectus ei⁹ est donatio spūssctī ad robur scilz cōtra debilitatē vel instabilitatē a fomite pcedētē ¶ Si quis autē obuiauerit dicēs q̄ idē est effectus eucharistie. scz roboratio spūssctī. qz panis cor hois ꝓfirmet. et q̄ ita supfluit istud vel illud sacramentū Dic q̄ vario mō est robur ⁊ effectus isti⁹ ⁊ illius sacr̄i. qz effectus cōfirmatiōis est per se. effectus vero eucharistie per accēs Vel dic quo ad duo tenemur scilz ad credendū articulos fidei firmit̄. ⁊ cōfitendū exterius audaciter. iuxta illud ad Rho. x. Corde credit̄ ad iusticiā. ore autē ꝓfessio fit ad salutē. Et ideo duplici indigem⁹ roboratōe. Una que int⁹ nutriat nos ⁊ cōfirmet ad credendū. ⁊ est panis vite q̄ cor homīs cōfirmat. Et alia q̄ cōfortet ⁊ confirmet nos ad audacius cōfitendū nomē xpi exterius. ⁊ hec est cōfirmatio. Ūñ q̄ntum ad hūc respectū recte recipit̄ eucharistia interius ⁊ cōfirmatio exterius.

De qualitate accedentiū ad sacramentū confirmatōnis.

DE qualitate accedentiū querit̄ primo q̄ etate accedere debent. Itē an ieiuni vel pransi. qz de cōse. di. v. dr vt ieiuni veniant pfecte etatis ⁊ moneant̄ ꝓfessionē pus facere. vt mundi/ donū spūssctī/ valeāt accipere. ¶ Sed dic q̄ vtriusq̄z etatis hoīes scilz puerilis ⁊ iuuenilis simul accedere pñt. Et melius ac securi⁹ est/ q̄ pueri confirment̄. qz q̄z uis etas īmatura/ tentationes et fortes motus cōcupiscētie nō sentiat/ prepant̄ tm̄ ad pugnā spūalem cū xpō tētationis aduenerit. ⁊ bonū ac securum est/ semp paratū esse. Decretū autem illud allegatū/ de adultis loq̄tur. qui tenētur ad illa que tangit ¶ Ad aliud dicitur q̄ propter sacrāmēti reuerentiā decet vt ieiunus recipiat ⁊ a ieiuno cōferat̄. si tamē aliter propt̄ raritatē ⁊ carentiā ēporū fiat non nocet. melī⁹ est enī etiā post prandiū cōfirmari dū potest haberi ēps. q̄z ipso recedente sacrāmēti pati dilatōem. ¶ Sed nunq̄d aliq̄s ad hoc sacr̄m suscipiēdum posset seipm pñtare ēpo? Dicit̄ q̄ non. qz cōfirmandus debet significari seu pñtari tanq̄z nō habēs propriā virtutē ad stādū sed indigēs vt ab alio statuat̄ seu stabiliatur. ⁊ ideo ab alio est pñtandus ¶ In fine nota q̄ cōfirmatus fm morē cōmunē se debet p septē dies obseruare a lotione capitis ⁊ frōtis. ꝓpter inunctōem crismatis ⁊ dignitatē hui⁹ sacrāmēti In super vt dicit hugo de sancto vict. tāto tēpe debet cōfirmatus vnctōem cōseruare in capite vt scz caput nō lauet. quāto aduētus spiritussancti celebrat̄. hoc est dieb⁹ septem. vt aduentū spiritussancti ad se totidē diebus agat quot agit vniuersal' ecclesia aduentū spiritussancti sup apl'os scz in pentecoste ¶ Quid autē sit hic res ⁊ q̄d sacramentū? Dic q̄ sacramentū est ipsa cōsignatio que p manus ēpi fit in fronte cōfirmati ex crismate vt supra tactū est. sanctifico Res vero sacrāmēti est ipsa gratie spiritualis datio ad robur. contra debilitatē

seu instabilitatē ex fomite procedentē.

De sacramento eucharistie/ & ptinentibus ad ipm.

X Tertio loco se offert tractat⁹ de corpore xpi seu de eucharistia. Ubi primo tāgēdum venit tēpus institutōis eius. Que vtilitas eius. In qua materia celebret. Que in eo sit precisa forma verbor. Quis ei⁹ effectus. Deinde tangūtur aliqua de ꝓo corpe christi. De conditōne recipientiū. De conditōne ministri.

De tempore institutōnis sacramenti eucharistie.

Hoc sacramentū vt plures volunt/in die cene plene institutū fuit/ & habuerūt verba consecratōis plenā efficaciā a tēpe illo vsq; nūc. quantā modo hnt. Alij volunt q̄ tūc forma verbor perfecte tradita fuerit. sed q̄ virtus verbor vsq; ad pasca suspensa est. Unde ꝓm eos nō potuit corpus xpi confici in illo triduo eo q̄ verba illa virtutē suā ex passione. sepultura. lateris aptione. & resurrectōne christi/ ꝓtraxerūt. que omia repnt̄ant per signacula q̄ in missa fiūt. Sed credo q̄ prior sententia verior sit. Alioquin si xps vlterius per decē annos post cenā illā vixisset/ nō confecissent apostoli virtute illor verborum quod nō reputat̄ verum.

Que sit vtilitas

Assignāt hic plures vtilitates. que cause sunt quare institutū est hoc sacramentū. Est autē prima & principalis. vt sicut homo p esum ligni vetiti pdidit vitā. ita recupet p esum ligni vite. Scōa causa prima huic est. vt hic scz sit aliq̄d nutrimentū homīs spūale. ꝓm illō psal. panē angelor manducauit homo. Tertia vt vniant̄ mēbra corpis xpi suo capiti. Hic enī cibus conuertit cibantē in se vnit q̄z sibi mēbra cibātia. Unde aug. in libro cōfessionū loquēs sub nomīe xpi. Non me mutabis in te sicut cibū carnis tue sz tu mutaberis in me. Quarta causa est. vt augeat̄ meritū fidei que in hoc sacramento maxime meret̄. quā causaz tāgit magister in. iiij. sentētiar di. xij. Quinta est subleuatio spei. vt recipiam⁹ in celo sua. quo hic recipimus semetipm. quā causam tāgit Chrysost. sup ioh. Sexta est dilatatio charitatis que huius sacramēti sumptione auget̄. eo q̄ sit sacramentū amor. vt dicit hilarius. Septima diminutō venialiū sicut infra tanget̄. (mēti.

De materia sacramēti.

Y Materia huius sacramēti/ nō est res vna sed tripler. scilz panis triticeus. & vinū aqua mixtū. q̄bus xps/ ea in carnem & sanguinē suū cōuertendo/ cōtulit vim talem vt essent materia huius sacramēti. Unde alexāder papa de ꝓsecra. di. ij. In sacramentorū oblatōnib⁹ que inter missar solemnia dño offerunt̄. panis tm̄/ & vinū aqua permixtū. in sacrificiū offerant̄. Unde q̄z uis nō legat̄ in euangelio/ estimat̄ tm̄ aqua simul cū vino in calice dñi fuisse. Unde damasc. Lapiens calicē ex vino & aqua/ tradidit eis dicēs. bibite ex hoc omes. Item de cōsecra. dis. ij. A dño admoniti et instructi sum⁹. vt calicē dñi cū aqua mixtū/ ꝓm q̄ dñs obtulit/ offeram⁹. Sz hic plura scire oportet. An. s. primo deficiente aliquo istor/ conficiat̄. Item an possit ꝓfici de pane siliginoso? Item an de azimo tm̄. vel de aliquo modo fermētato? Item an ꝓfici poterit si vinū tam modicū fuerit. vt omino sit ab aqua absorptū. Item an sine aq̄ possit quis cōficicere. Et quantū de aqua in calice fit apponēdū. Item an panis trāseat in carnē & sanguinē & aiam & deitatē. & similit̄ vinū in hec etiā omia. Item an aqua trāseat tm̄ in sanguinē. vel prio trāseat in vinū & deinde illud vinū in sanguinē. Item an in alio liquore liceret hoc sacramentū celebrare. Rñsiones. Ad primū dicit̄ ꝓm opinionē eor qui ditūt q̄ in vltimo instāti platiōis prie clausule scilz hoc est corpus meū fit trāssubstātiatio panis in carnē xpi. & est ibi xps pfectus sub specie panis. Deinde platis verbis sup vinum fit ibi sanguis xpi p conuersionē. & est ibi totus xps. Scōz hāc inq̄z opinionē que pbabilior apud multos habet̄. dicēdum est q̄ anteq̄z aliq̄d dicat̄ sup vinū. est facta panis trāssubstātiatio in corpus christi. Alioquin decipere ecclia adorādo illam hostiam in eleuatōne. Unde q̄z uis vinū deesset/ facta tamē eēt illa trāssubstātiatō

panis in corpus christi. Eadem ratione dicunt q̃ dictis verbis sup vinū etiā absente pane/fieret sanguis christi /ꝛ totus christus esset sub specie vini. Peccaret tamen mortaliter / qui sciēter p̃termisso altero/cōsecraret. nisi forte ab infidelibus/ tempe consecratōnis impediret. Si autem alias. ꝛ aliter defectum alicui⁹ predictorū / missa iā incepta / deprehēderet nō deberet consecrare/ nisi ante platōem verborū consecratōnis/ posset defectū caute supplere. Si autē pane consecrato/ vi ab infidelibus aut alijs/ vel infirmitate. vinū consecrare impediret/ tūc vnus alius sacerdos/ad verba sequēcia deberet incipere scilz ad ea que ptinēt ad consecratōnem sanguinis/ꝛ pficere. Si vero tātum deesset aqua/ dicitur q̃ omittēs grauiter peccaret ꝛ grauissime si sciēter cōsecraret. conficeret tamē. Quāuis enī aqua sit de necessitate sacramenti/ nō tamen adeo est de necessitate/ quin tūc sine ea fieret sacramentū in specie vini. Cui⁹ ratō ex hoc habet. quia si aqua vino admisceat ad hoc q̃ inde cōficiatur oportet ita modicā esse vt absorbeat aqua a vino vt totū sit vinū ꝛ tunc inde cōficitur. vnde ꝑ̃ trāsit aq̃ in vinum q̃ inde cōficiat Quare ergo ex hoc vino non cōmixto sicut ex illo mixto cum eiusdē speciei sint/ confici nō possit non video. Verū tamen decretū quoddā de consecra. distin. ij. videt velle cōtrariū. vbi apparatus dicit/ q̃ fm aliquoꝝ opinionē/ in predicto casu nō fit consecratio

z ¶ In secundo casu. vt ꝗ scilicz de pane siliginoso possit confici. dicit q̃ non. Sicut enī non potest baptisari nisi in aqua. immo mersione facta in vino ceteris etiā omnibus alijs rite seruatis. nō est baptisatum. Sic propter institutōem primariā huius sacrāmti/ que statuit fieri in pane triticeo/ nō potest cōfici de pane alio Sz quid si tritico fuerit siligo admixta. Dic q̃ dūmodo maior ꝑs sit frumentū/ sufficit. Et dico maiorē ꝑtem in quantitate et virtute. vt scilicz a frumēto absorbeatur quicq̃d est ibi de nō frumento. alioquin nō esset panis triticeus. ꝛ pinde in eo cōfici non posset. ¶ In tertio casu quando scilz conficit de pane fermētato sicut conficiūt greci. dicunt fere omnes/ q̃ non sine graui peccato ꝓficit de fermentato Quia tamen fermēti admixtio/ speciem ꝛ virtutem fermenti siue panis triticei non destruit/ dicunt q̃ si conficit de fermentato/ q̃ cōsecratum est. Et ponunt exēplum de baptismo. qui debet fieri in pura aqua. et tamen fm eos si aliq̃d de alio liquore admisceat/ quod possit ab aqua omino absorberi. ꝛ ita aliquis baptisatus fuerit. q̃ vere baptisatus est. eo q̃ adhuc remaneat aqua in specie ꝛ virtute sua. Secundum tamen Huguelinū in apparatu suo. qui de fermentato conficit nihil agit. Prior tamē opinio est probabilior. ¶ In quarto casu dicit a magnis. q̃ ex quo tam modicum apponitur de vino/ vt omino ab aqua absorbeat. cum aqua tūc magis colorata dici debeat ꝛ sit q̃ vinum/ et de aq̃ confici non possit/ ꝑ consequēs nec de tali mixtura confici poterit. Unde fm istorum opinionē/ illi nō conficiūt qui pannum lineū in vino intinctum/ per totum annū cōseruant/ꝛ in tempe sacrificij/ particulam eius in aqua calicis abluūt. vt legitur de consecra. distinct. secūda. ca. Cū omne. Opinio quorundā decretistarum tenet cōtrarium scilz q̃ conficiat cum vino ab aqua absorpto. sicut recitat magister Bal. in summa. ¶ Quoad quintum vero / scilz an sine aqua possit confici. et quātum sit apponendū de aqua patet ꝑ antedicta respōdendo ad primum/ et ad hoc precedens. scilicz q̃ tam modicū vt a vino absorberi possit. ¶ Ad sextum autē in quo querit an panis trāseat in carnem sanguinē. animā. et deitatem. ꝛ similiter vinum. Dicēdū q̃ totus christus est sub vtraq̃ specie. sed tamen tantū panis trāsit in carnem christi ꝛ vinū in sanguinem Sed quia totus christus inseparabilis est ideo sub specie panis est caro ꝑ conuersionem et transsubstātiatōem. ꝛ sanguis et anima ꝛ deitas ꝑ cōcomitātiam. eo q̃ caro eius sine sanguine anima ꝛ deitate nū q̃ sit. virtute enim verboꝝ est principaliter ibi caro ꝛ consequēter cetera omnia ꝛpi Unde christus totus est ibi verborū virtute. sed tamen caro principaliter ꝛ cetera consequēter. Et sub specie vini tātum est sanguis christi ꝑ conuersionē ꝛ transsubstantiatōem/ reliqua autē christi omnia ꝑ cōcomitantiam. ¶ Ad septimū vero quo querit an aqua transeat in sanguinem vl tantum in vinū. dupliciter respondet fm duplicem opinionē. Ponit enim quedā

opinio q̃ aqua non transeat in sanguinē christi verum. sed tantū est ibi ad significandum populū. fm q̃ dicit de consecradisti. ij. ca. Cum omne. Cum in calice christi aqua vino miscet/christo populus adunat id est adunari signatur Alia opinio cui magis credere possum/ponit q̃ aqua transit in sanguinē. sed hoc cum ꝓus est a vino absorpta ⁊ ita verum est quodāmodo q̃ aqua nō transit in sanguinē scilicet immediate. quia nō transit nisi prius sit absorpta a vino ⁊ quasi facta vinū. et sic nō contradicit priori opinioni ¶ Ad vltimū scilicz an de aliquo alio liquore liceret conficere. Dic q̃ nō. Sed nūquid conficī possit in agresta? Item nūquid de aceto? Ad primū istorum dic q̃ nō. nisi tūc cum visibiliter in ipso aspectu incepit vinum apparere. ⁊ gustus iudicet vinū esse vel vini saporem habere. Ad secūduz istorum dicēdum. q̃ si acetū fuit de vino. tūc potest de eo confici. aliter nō. quibus ego non credo. eo q̃ (vt vult philosophus in metaphisica sua) acetū non est vinū. neqz potest fieri vinū. ⁊ ideo de aceto nō potest fieri confectō. sed de vino acido potest. licet nō sit tutum de vino acido cōficere. ꝓpter reuerentiā sacramēti. Et ita sentiunt doctores theologi. priori vero consentiunt quidam decretiste.

Que sit forma verborz precisa in sacramēto eucharistie.

⁊ Forma autem verborz que pertinent ad consecratōnem hec est. Hoc est corpus meum. ⁊ nihil amplius. vt volūt fere omnes. Qz enim additur. Accipite ⁊ comedite ad vsum pertinet sacramēti ⁊ nō ad cōfectōem ⁊ ideo non dicit esse de forma. Hec etiam est forma verborz in consecratōne sanguinis. Hic est calix sanguinis mei. noui et eterni testamēti. mysteriū fidei. qui pro vobis et pro multis effundet in remissionē peccatorū. Unde q̃uis nō legant omnia verba hec seriatim in euāgelio. credēdum tamē est q̃ illa habeat ecclia ex speciali traditione domini. Qd̄ patet ex verbis apostoli prime ad corin. xi. cap. Ego enī accepi a dño quod ⁊ tradidi vobis qz dñs tē. Et quia forma verborū illorum/vehemēter impressa fuit cordibus discipulorū/ ⁊ in quotidiano vsu/ideo non est adeo diligenter ab apostolis scriptum/sicut fuit a christo factum ⁊ dictum. vt videt velle damascenus. ¶ Sed tunc queres an solis his verbis possit nunc confici. non additis oratiōibus precedētib⁹? Item an immutata in aliquo ista forma possit ꝟbis illis confici corpus christi. vtpote si adderet aliquid vel minueret. vel mutaret. vel corruptiue pronūciaretur? ¶ Ad primū dicitur fm multos ⁊ magnos/q̃ possit confici solis illis verbis dñi prolatis a sacerdote. tamen ⁊ cū apparatu cōueniente. fm constitutōem apostolorz ⁊ ecclesie. Cum his solis verbis in primaria institutōne. facta benedictōne hoc sacramētum cōplete consecratū sit. Quod confirmare videt sententia alberti in suo lib̄ de sacramentis qui ait. Quomodo potest q̃ panis est/corpus christi esse. Confectiōe quidē verbis ⁊ sermonibus dñi Jesu. Nā per omnia alia que dicūtur/laus deo defertur. Verū tamen grauissime peccaret qui aliter faceret. etiā in quacūqz necessitate. hoc est qui verba precedētia sciēter omitteret. Eo q̃ hoc sacramentū nō est simplicis necessitatis. vnde sic nō possz eum necessitas excusare. Alij estimant q̃ sine precedētib⁹ que dicūtur in secreto misse/non fieret consectō. Et hoc propter statutum ecclesie. Primū tamen videt aliquib⁹ verius. ¶ In secūdo casu supra posito principali distinguit. qz in tali trāsmutatōne vel corruptōne verborz/ aut intendit heresis aut non. Si sic/creditur q̃ illis verbis nō cōficiatur vt supius est dictū in cōsimili de baptismo. Si autē nō intēditur heresis. adhuc distinguitur. qz aut tali facta mutatōe seu corruptōe vel additōne/ stat adhuc sufficiēter sensus verborz. aut nō. Si nō stat. creditur q̃ nō cōficitur. vt si dicatur. Hō est hoc corp⁹ meū. vel h̄ est corp⁹ meū scz thome vel hmōi. Si aūt sensus ꝟborz stat. creditur q̃ platis ꝟbis q̃cūqz etiā trāspositōe vel corruptōe/ etiā in quocunqz vulgari fiat/cōficitur sacrm qm̄ (vt dicit huguelin⁹) nō multū curandū est de mō fmonis/dūmō res ītegra sit Aliq̄ videtur oppositū sentire. q̃s tm̄ videt mouere statutū ecclie. q̃ nec addendo vel minuēdo nec trāsponēdo pmittūt irritare. (sacramenti eucharistie.

¶ Quis sit effectus

Effectus autē huiʒ sacri ponit duplex fm magistrū in sententijs Scōm ipm enī duo efficit scilicz charitatis augmentū. et infirmitatis hoc est venialis peccati diminutionē. Possunt ⁊ alij assignari huiʒ sacramti effectus iuxta eius supra tactas ⁊ declaratas vtilitates. Nos autē effectʒ seu vtilitates/ibi recitat. qz isti sunt notabiliores. ¶ Sed exquo ponit q̄ valet ad diminutōnē venialiū? Queres an eiʒ sumptio/in aliquo casu deleat omia venialia Itē an in aliquo casu valeat ad deletiōez peccati mortalis. Itē an si deleat veniale deleat ei debitas penas? ¶ Ad primū dicit fm illos qui dicūt. Sine veniali non possit hic quis viuere. q̄ nūq̄ delet omē veniale quin aliq̄d relinquat Semp enī relinquit in aīma minoz amoz dei q̄ esse debeat. Eo q̄ in via fm Augusti. nō impleat ex toto hoc preceptū. Diliges dnm deum tuū ex toto corde tuo ⁊c. Et minoz amoz dei/est peccatū veniale fm augusti. ¶ Ad scōm scilicz an deleat mortale peccatū. dicit q̄ nō. qz istud sacramentū non ordinat cōtra mortale peccatū. Cum enī triplex sit culpa. scz originalis cōtra quā specialr baptismus ordinat. ⁊ actualis. q̄ duplex est. scz mortalis cōtra quā specialiter ordinat penitentia. ⁊ venialis cōtra quā ordinat eucharistia. Patet q̄ de se tātum veniale delet ¶ Ad tertiū dicit q̄ delet veniale. ⁊ penā ei debitā. hoc tñ intelligē fm magis ⁊ minʒ. fm scz q̄ magis aut minus afficit conficiēs vel recipiēs hoc sacramentū ad mortē ⁊ ad passionem christi. que in ipsius eucharistie sacramento repzesentātur.

¶ Aliqua de vero corpore christi.

Hic breuiter tangunt aliqua de ipso corpe christi. Primo scilz qualit post fractōem factam in specieby panis/ totus christus sit sub qualibet pticula. qui prius totus fuit sub tota hostia Item an corpʒ christi vētrem intret. etsi sic/q̄dīu ibi existat? ¶ Ad intelligendū autē qualit totʒ christus est sub qualibet pte hostie qui prius fuit totus sub tota hostia. datur aliquale exemplū de speculo. In speculo enī integro/apparet vnica imago scz inspiciētis. si tamē sit solus vnus inspiciēs. fracto autem speculo. in qualibet pte fractōnis/eadem apparebit imago. si tamē inspiciēs easdem pticulas inspiciat. Ita xps q̄ est imago dei patris/sub hostia integra totʒ est. ⁊ post fractionē hostie/imago eadem/ idemq̄ xps/sub qualibet fractionū pticula remanet. ¶ Ad scōm scilicz vtr in ventrem vadat. Dicit fm quosdā q̄ dum est in ore adhuc presens est sub illis specieby sed statim cū glutitur corpus christi transit in mentē. ⁊ species ille panis ⁊ vini in ventrē. Alij quibus magis credendū est dicunt q̄ intrat in ventrē. ⁊ ibi tamdiu remanet q̄dīu species ille sunt incorrupte. ⁊ cum species desinūt ibi esse panis et vini/desinit etiā ibi esse caro ⁊ sanguis christi. Quod etiā cōtingeret in pitide si perdiutinā conseruatōem corrūperetur ⁊ perent ille species. Hec obstat verbū Augustini q̄ videtur mouere eos q̄ sunt in priore opinione. scilz q̄ q̄dīu est in ore/tandiu est in mēte. nec datur in secessum. sed rapitur in excessum. Per hoc enī non negat Augustinus quin vadat in ventrem. sed negat q̄ traijciat in alimentū corpis ⁊ q̄ digeratur in stomacho. ⁊ q̄ pars trahatur ad epar. et formetur in sanguinem quo restaurētur deperdita corporis. ⁊ ps impurior in secessum vadat. sicut est videre in cibo corporali. Hoc enim nefas esset dicere. immo etiā cum assensione cogitare.

¶ De qualitate seu conditione recipientium. A

Nunc de conditōne recipientium restat aliquid tangendum. Et primo queritʒ. An possit sumi ab illo q̄ est in peccato mortali. Et an debeat hoc sacramentū in aliquo casu existenti in peccato mortali dari. Item an existenti in peccato mortali/ possit loco eucharistie dari hostia nō cōsecrata Item an possit sumi ab eo qui nocturna illusione pollutus est. Et an a mē struata? Item an ab eo qui nocte precedēte cognouit vxorem suam? Item an licet cognoscere vxorem suā/die receptōnis? Item queritʒ quare nō datur eucharistia pplo sub vtraq̄ specie? ¶ Rndet in pmo casu ⁊ ōz q̄ aut aliq̄s scit se eē i pctō mortali an nō. Si scit. peccat mortalr sumēdo

nec debet aliquo modo sumere. Si non scit se esse in peccato mortali/ sit tamē/ sed post sufficiēs conscientie sue scrutinium hoc deꝑhendere nō pōt. ⁊ tūc sumere potest. nec peccat si sumat. ¶ An ātē debeat ertēti in pctō mortali dari si petat Distingue. qz aut ille q̄ petit est in mortali pblico aut in occulto. Si in occlto q̄ quis illō certissime sciat sacerdos/ petēti tamen in publico debet dari. Alioquin peccatū secretū publicaret. quod fieri nō debet Si autem petat in secreto vetare potest sacerdos ⁊ debet. Si autē sit in peccato mortali publico. tūc publice negare dz. vt publicis meretricib. ⁊ histrionib. ⁊ huiusmodi. petētibus ⁊ nō petentib. quib⁹ negare debet. vt plene dicit canon de cōse. di. ij ¶ De hoc autē qō scdo querit scz An existenti in peccato mortali debeat dari simplex hostia loco eucharistie? Dicunt maiores q̄ nō. tum qz hoc nō videt deus facto suo approbare. immo contrariū Nam corpus suū dedit iude. quē sciebat esse in mortali peccato. tum quia nescit an visitauerit eū domin⁹. quia nescit tarda molimina spiritussancti gratia. tum quia simulatio talis/ esset ei cui daretur inutilis Exquo enī corpus xpi petit. per eum nō stat quin accipiat. et sic equaliter peccat. Secus si expresse peteret sibi hostiā non consecratā dari. tunc enim ei dare posset. ita tamē q̄ illa hostia seorsum poneret a cōsecratis/ ne ecclesia deciperet/ dando ei nō consecratā. acsi consecrata foret. Propter quā etiam causam reprobat cōscius sibi mortalis criminis. simulās se cōficere vbi nō conficit. Ut habet extra de missa. celeb. ca. ab homie ¶ Ad tertiū quo scz querit. An pollutio nocturna impediat sumptōem? Respōdet aut quia venit pollutio ex supfluitate humoꝝ. vl'et infirmitate nature. vel ex illusiōe diabolica. ⁊ tūc nullus dicit ibi esse reatus culpe/ nec cogitur q̄s propter talem pollutiōem abstinere a ministerio altaris. vel a sumptōne eucharistie. Et dico notāter nō cogit. qz causa reuerētie a tali celebratiōe aut sumptione abstinere laudabile est Si autem cōtingat dicta pollutio nocturna ex crapula. vel ex aliqua fede delectatōnis p̄meditatōne. tunc si potest fieri sine scandalo debet abstinere. nisi necessitas cogat. vt/ pote vbi alius qui celebret nō inuenitur. Magna enī reuerentia exhiberi dz sumptioni. etsi fieri potest/ multo maior cōsecrationi. ¶ Tertia menstruata nō est arcēda a ꝓmunione. eo q̄ passio sit. ⁊ pena sit hoc pati. ⁊ nō culpa. Et propter penā q̄s arcendus nō est. ¶ Ad aliō sequēs quod est quartū. An scilicz ab eo qui nocte precedēti cognouit vxorem suā/ suscipi possit eucharistia? Dicitur q̄ reddens debitū propter fidem thori et iusticiā vel etiam exigens propter bonū prolis. nō debet p̄hiberi a cōmuniōe. sed suo iudicio est circa hoc relinquēdus. An velit scilicz abstinere ex humilitate. vel accipere ex deuotōne. Secus autem est si ex infirmitate carnis hoc exigat. quia iste monendus est ne accipiat. et nō est suo iudicio quo ad hoc relinquendus. Si autē omnib⁹ modis/ ex deuotione se ingerat/ nō est prohibendus. ¶ Hoc etiā seruandum est respectu quinti. q̄ die scilicet communicatōnis/ causa reuerentie nullo modo reddēdum est debitū. nisi alter coniugū instanter petat. Si etiā aliter reddat. vel etiam si petat peccat quidē sed nō mortaliter. ¶ Ad vltimum ꝗo scilicz sextum quare non datur populo sub vtraq̄ specie? Dicit q̄ triplex est ratio. Una quia nō legitur Christus/ corpus suum sanguini intinctū prebuisse. Hec est contrariū de iuda cui videtur domin⁹ intinctum panem porrexisse. Quia ꝓm Augustinū prius verū corpus dedit. ⁊ postea panem vsualem intinctū. Alia causa est imminēs piculuz. quia scilicet facilius caderet gutta sanguinis. q̄ mica hostie. quia in hostia ꝑtes coherent sibi. non sic in sanguine. Tertia causa est precedens signum. quia in lege qua in sacrificijs offerebant libamina. de libamine nihil habebant offerentes. sed sacerdotes tantū. licet de alijs haberent. Ut ergo cōgruat veritas signo/ non datur populo eucharistia cum sanguine.

¶ De qualitate seu conditione ministri sacramēti. B

Vltimo restat dicere de mistro scilicz quis posset consecrare. Et scias q̄ habens ordinem sacerdotalem ⁊ solus talis/ p̄t cōsecrare eucharistiā. ⁊ corpus xpi cōficere. Quūmo ⁊ si male vite fuerit ⁊ heretic⁹ dū

modo formā ecclesie teneat. ⁊ intētōez habeat cōsecrādi. cōficere pt corp⁹ xpi. q̃uis magister ī sentētijs videatur sentire ꝓriū nisi intelligat de his qui p̃cisi ab ecclesia nō obseruāt ritū celebrādi ab ecclesia traditum. qz tūc cōstat q nō conficiūt. Hec obstat q fm canones prohibēt/ q missa aut aliqua sacra recipiant ab hereticis. simoniacis. scismaticis. fornicarijs. qz per hoc nō dicit quin cōficiant Solus ergo vt dixi hñs ordinem sacerdotalē cōficere potest ¶ Sed querit vtz nō ieiunus potest cōficere. Itē an post sumptōem medicinaliū vel potū aque Itē si nō debito loco. vtpote in altari nō consecrato. vel sup terrā vbi nō est altare. vel sine sacris vestibus possit celebrari ¶ Ad primū dicēdū est q propter institutōem ecclesie aplice/ peccat mortaliter. qui prāsus celebrat. cōficit tamē/ dūmodo intentōnē habeat seruandi formā ⁊ debitā materiā Qd autē a ieiuno cōficiat nō est de sacramēti eēntia ¶ Ad scōm dicit q p⁹ medicinaliū sumptionē vel etiā potū aque/ nō est celebrādum. eo q omis cib⁹ quē vsualiter cibū vocamus. hoc est q trāsit in ventrē/ si nō couertat in corpus/ frangit ieiuniū. ⁊ impedit celebratōem. Insup hmōi medicinalia in hoc impediūt. qz frequēter inducunt abominatiōem. Si tamen isti de facto cōfecerint. consecratū est. sed grauiter peccāt ¶ In. iij. articulo siue casu dicit q huiusmodi. si tamē habēt intentōem cōficiendi cōficiūt. sed mortalissime scz qui in nō debito loco vel sine sacris vestibus celebrat Et si possz inuēiri/ foret degdād⁹

De sacrameto penitentie ⁊ ptinētibus ad ipsum.

Q Uoniā de sacrameto penitentie sufficienter in summa Raymūdi tractat/ que passim apd fratres habet/ ido pauca hic de hoc penitētie sacramento dicēda sunt Et primo de ipso sacrameto in genere aliq̃ dicant. Secundo aliqua de eius ptibus tangātur. In genere ergo prius videduz venit. Quid est penitētia Quot ⁊ que ei⁹ species. Quid in ea sit sacramētū. Et qd res Et quis sit eius effect⁹. An necesse sit q fiat in caritate ⁊ volūtarie. Et an quis possit pro vno peccato mortali penitere. nō penitendo de omibus An penitentiā pro se factam teneat quis dum qualuerit iterum facere. An penitētie hic diminute a cōfessore iniūcte/ supaddet deus qd deest in purgatorio. Que sunt penitētie regulares ⁊ canonice Et quare pro peccato mortali tenet quis ad septennē penitentiam. An penitētie sint arbitrarie. Quis sit minister in hoc sacramento.

Quid est penitentia in generali.

E St autē penitētia fm Ambro. mala pterita plangere ⁊ iterum plangēda nō ꝓmittere. i. nō habere ꝓpositum iterū cōmittendi. Et nota q fm magistz in li. iiij. sentētiarz. est penitētia interior scz cōtritio. et exterior scz cōfessio ⁊ satisfactio. Interior ꝓo penitētia quodāmodo radicalit omnis penitētia est. Ipse enī dolor exerit se in ore p confessionē exerit etiā se in ope p satisfactōem Et hec interior penitētia id est cōtritio/ habet specialit fm Ambros. quia ipsa principaliter est penitētia radicabiliterqz omnis penitētia.

Quot et que sint penitentie species.

D Istinguūtur āt tres species penitentie. scilz solēnis que fit in capite ieiunij cū illa solēnitate de q̃ habet de penitētia dist. v. ca. In capite. Item publica cū iniungit scilz alicui pegrinatio per mūdum cū baculo cubitali. et cum aliqua veste religiosa/ tali penitētie apta. Item priuata. que quotidie imponit his qui secreti⁹ sua cōfitētur peccata. Cetera circa hec/ quere in summa Raymūdi titu. de penitentijs.

Quid in penitentia sit res et quid sacramentum ⁊ de eius effectu.

Q Uid aūt in ea sit res. ⁊ quid sacramētū. Dicitur q sicut in sacrāmto eucharistie/ species panis ⁊ vini sunt sacramentū gemine rei. scilz corpis Christi veri ⁊ mystici. ita hic confessio ⁊ satisfactio/ sunt sacramentū contritōnis ⁊ remissionis peccati Unde virtute contritōnis efficiūt quod figurāt scilicz remissionē peccati. Sic ergo intelligendo patet q cōtritio diuersis

respectibus/ ⁊ res est. ⁊ sacramentũ. Res scz ꝓfessionis ⁊ satisfactõis que sunt eius sacramentũ. Et sacramentũ remissionis peccati q̃ est eius res. Ex quo in pte patz quis sit effectus penitẽtie. s. remissio peccatorꝝ. ⁊ cõmutatio pene eterne in tẽpalẽ. Et ex consequenti collatio vite eterne.

An quis possit de vno pctõ penitere ⁊ nõ penitẽdo de oĩbꝫ.

IA autẽ existẽs in vno mortali pctõ possit agere penitẽtiã fructuosam de alijs. Prius est inq̃rendũ. Et dicẽdũ nõ. Quia etiam apd̃ hoĩes remanẽtibꝫ in inimicicijs/ nõ recipit satisfactio ledentis. Unde cuꝫ retento vno mortali peccato inimicꝰ dei fiat peccator ⁊ ab eo auersus/ patz q̃ valere non pt penitẽtia pro pluribꝫ ꝓmissis. vno tantũ retento. qꝛ in illo vno inimicatur deo. Et hoc satis clamat apl's. i. ad corin. xiij. dicens. Si habuero ꝓphetiã ⁊c. ⁊ corpus meũ tradidero ita vt ardeã/ charitatem autẽ non habuero/ nihil mihi prodest. Unũ opinio que in. iiij. sentẽtiarꝫ ponit contrariũ/ maifeste heretica est. ¶ Si iuxta hoc q̃ras an oporteat q̃ penitentia sit volũtaria ad hoc q̃ satisfaciat? Dicẽdũ sic. Distingue tñ q̃ aliq̃d dicat volũtariũ dupl'r. Aut ꝓpter se. vt sanũ esse/ est voluntariũ ꝓpter se. i. ꝓpter ipam sanitatẽ. qꝛ enĩ bonũ est sanũ esse. ideo sanari volo. Aut propter aliud scz propter bonũ exinde sequẽs. sicut secari voluntariũ est. non q̃dẽ ꝓpter se sed propt ꝓsequẽtem sanitatẽ. Sic ad ꝓpositũ dico penã que est in penitẽtia oportere volũtariã eẽ. non q̃dẽ propt se. qꝛ nullꝰ propt se. i. propt ipam penitẽtiã vel penã/ eã vult aut libenter accipit. sed bene ex consequẽti scz propter salutẽ anime consequendam.

An penitentiam p se factã/ teneat hõ dũ ꝓualuerit iterare.

QEtꝫ cũ querit an penitẽtiã p alios factã/ teneat q̃s dũ cõualuerit itꝫ facere. Puta egrotꝰ aliq̃s dũ adhuc sanꝰ erat. penitẽtiã cõdignã suscepit a sacerdote Deide de vita sua desperãs. ipam amicis iponit q̃ eã pagũt anteq̃ꝫ plene cõualuerit. Queritꝫ vtrũ iste post suã cõualentiã/ ad penitẽtiã iniunctã sic p amicos suos pactã/ teneat. Rñdet. q̃ qꝛ pt apud talẽ dubiũ esse vtꝫ illi sui amici/ ipsam penitẽtiã ex charitate fecerint. que talis nõ sufficeret. Insup qꝛ nõ tam efficaciter satisfacit penitẽtia ab alijs facta. sicut illa q̃ ab ipomet penitẽte fit. Ideo secuꝫ est q̃ iste de ea iterũ satisfaciat. postq̃ꝫ fuerit redditus sanitati Imo ⁊ eã facere teneat. ne incerto se discrimini cõmittat. Et expedit q̃dẽ. qm̃ si prior penitẽtia/ per alios facta satisfecit pro culpa secunda/ quã ipse faciet. cedet ei in augmentum glorie.

An penitentie diminute addet deꝰ in purgatorio qd̃ deest

SEquenti vero articulo q̃stiõis scz An penitẽtie diminute instiete/ addet deꝰ qd̃ deest in purgatorio Dicit magister in li. sentẽtiarꝫ q̃ sic. Ait enĩ. Si interior penitẽtia scz ꝓtritio in vindictã pctĩ nõ sufficit nec exterior penitẽtia hic impleat. Deꝰ q̃ modos ⁊ mẽsuras pctõꝝ nouit? penã sufficientẽ addet. Unũ qm̃ cõdignã penã nõ iniũgit sacerdos vel si iniũgit. nõ tñ impleat nõ absoluit penitẽs a cõdigna vel tota pena corrñdente. scz a tãta. s. quãtã facit hic. Unũ de tãta erit absolutꝰ nõ ãt de residua. q̃n. s. in purgatorio cõpleat Tñ magnitudo cõtritõnis ⁊ feruor implẽdi qd̃ iniũgitur/ multũ poterit facere ad hoc q̃ cõdigua reputet. Unũ dicit hugo de sancto vict. lib. suo de sacrĩis. Sepe q̃ minꝰ foris agitur/ efficaciꝰ intus opat. In aliq̃ enĩ opere apparẽtia exteriori/ magꝭ põt deuotõ esse.

Que sunt penitentie canonice ⁊ quare pro peccato mortali agi debet penitentia septennalis.

QUe aũt penitẽtie canonice sint ex hoc accipe. q̃ regularit p peccato mortali debꝫ agi septẽnis penitẽtia. vt ôt Canõ. xxxiij. q. ij. Cuiꝰ dicti multiplex ponit rõ ꝓter eã quã ponit canõ de Maria. s. sorore moisi que iubet excludi p septẽ dies extra castra Uidelicꝫ propt septẽplicẽ grãm spũsscti recupandã quã peccãdo pdidimꝰ Itẽ p ꝓpter septẽplicẽ cõcursum peccatorꝝ. quia vno peccato ppetrato/ cõcurrũt omia septem capitalia. Fm opinionẽ dicentiũ q̃ habito vno habentur omnia. Iuxta illõ pro sexdecim. septemdecim nequicie in

corde eius. Item propter recupationē septem dotū. qz p penitentiā septem dotes recupamus. quattuor scz corporis. ⁊ tres anime. De q̄bus supra in fine tractat⁹ de symbolo fidei. in declaratōne scz duodecimi articuli. Itē propter recupatiōem septem illoꝝ ex quib⁹ cōstat homo scz quattuor elemētoꝝ. quo ad corpus. ⁊ triū virium scz rationalis irascibilis ⁊ concupiscibilis quo ad spiritū. Pro enormitate tamen crimis debet quādoq̄z maior penitētia q̄z septēnis infligi. De qua materia requirē summa Raymūdi ti. de penitētia.

Utrum penitētie sunt arbitrarie vel non.

Utrum etiā penitentie arbitrarie sint nec ne. Et qualit̄ sic ⁊ q̄litēr nō. Dicit idē Raymūdus eodē titulo de penitētia. Nota tamē circa hoc duplex ē opinio. Una ponit q̄ omnes penitētie arbitrarie sunt. id ē quia in volūtate sacerdotis est/ dare. vel plus vel minus. ⁊ hoc ex potestate ⁊ vi claui um Et huic opinioni fere omnes ꝓfessores innitūtur Alia ponit q̄ ita arbitrarie sunt q̄ sacerdotū est indicare de omnib⁹ circūstantij⁹ contigentib⁹. ⁊ tamē a canonibus nō recedere. id est a penitētijs/a canone iniūctis. Consideratis enī circūstātij⁹ si grauiores fuerint penā canonicam aggrauare possunt. Si vero leuiores fuerint/sic scz q̄ factū diminuāt. tūc de pena canonica poterunt diminuere Et hec est opinio securior.

Quis sit idoneus minister in sacramento penitentie.

Minister autē huius sacramenti est sacerdos Nā solis sacerdotibus dedit dn̄s ptātem ligādi ⁊ soluendi. Et licet quilibet sacerdos ex vi ordinis/huius sacramēti minister sit. nō tamē cuilibet sacerdoti indistincte pmissum est ista ptāte vti. imo respectu aliquoꝝ est hmōi ptās ligata. Ut tangit Raymūdus in summa sua ti. de penitētia di. ij. q̄. est de ꝓfessione. pag. tenet penitēs. Et pluribus pagraphis sequētibus vsq̄z in finē dicte secūde distinctiōis Et infra aliq̄liter etiā tangēt vbi de ipsa confessione agetur.

De partibus sacramenti penitentie in generali.

Nunc ad ptes penitētie attēdēdum est q̄ sunt tres. fm triplex pctm̄. cordis. oris. ⁊ opis. Vel fm triplex allectiuuz ad pctm̄ scilz cōcupiscentiā carnis. cōcupiscentiā oculoꝝ. ⁊ supbiā vite. Et sunt iste cōtritō ꝓfessio ⁊ satisfactio. Hec est triplex dieta: qua deuenit in celū. De qua ero. iij. Ibimus viā triū dieꝝ. ⁊c. De prima. s. de contritione tangendū est prio q̄d sit. An dolor minim⁹ sufficiat ad hoc q̄ quis virtutem habeat cōtritiōis. An oporteat ꝓtritionē cum tota vita protendi?

De prima parte penitie. Quid sit contritio.

Diffinitur autē contritio ab aliquib⁹ sic. Contritio ē dolor voluntari⁹ pro peccatis. semp in se puniens q̄ dolet admisisse. Que diffinitio licet generalit̄ penitentie cōuenire videat. tamē maxime cōuenit p pter contritionē In ꝓtritione enī/esse ipsius penitētie maxime saluat. eo q̄ oportet semp illā actu cū penitētia esse. Alias autē partes penitētie in casu sufficit vt assint fm votū ⁊ voluntatē Diffinit̄ etiā ⁊ ab alij⁹ sic. Contritio est dolor pro peccatis assumptus cū ꝓposito confitēdi ⁊ satisfaciendi Quoniā nisi assit ꝓpositū confitendi ⁊ satisfaciēdi non est contritio. sed potiꝰ attritio nomiatur. Q̄ si obijcias q̄ in valida ꝓtritione deletur culpa ⁊ pena. Unde cū confessio ⁊ satisfactio pene sint: tam intēsa poterit eē ꝓtritio. q̄ neq̄z oportebit adesse confessionē neq̄z satisfactionē Ad quod dici potest q̄ nemo nouit se talem ꝓtritionē habere q̄ delere possit vtrū/q̄z. Unde vt non ꝓmittat se q̄s discrimini. oportet q̄ q̄z̄uis habeat validā ꝓtritionem. habeat nihilomin⁹ ꝓpositū ꝓfitendi ⁊ satisfaciendi. maxime cū ista sint in p̄cepto ecclesie. ⁊ non parere p̄cepto/trāsgressio ⁊ peccatū mortale sit. Hoc tamē scito q̄ ꝓtritio sola in articulo mortis vbi non apparet cui possit fieri ꝓfessio/sufficit ad salutē. sed quoniā incertū est vtrū tūc contritio possit haberi: stultum est illud tempus expectare. et tanto se discrimini reseruare.

An minimus dolor sufficiat ad habendū virtutē contritōis.

An dolor minimus possit esse cōtritio vel sufficiat ad deletōem culpe precipue cū dicatur Tre no.ij. Magna velut mare contritio tua. dubitari potest. Sed dicūt magistri q minimus dolor sufficit ad deletionē culpe. dūmodo informatus fuerit charitate. vtpote qui eterat a se ppositum cōfitendi ⁊ satisfaciēdi. quia talis dolor cōtritio dicit. Est ergo talis dolor/ cōtritio minima. ⁊ hec delet tm culpā ⁊ reatū seu debitū pene eterne. Qui si maior fuerit/ delet partē pene temporalis debite. Si vero maximus fuerit/ totam penā ⁊ totam culpam delet. Que autē talis sit/ nescio. deus scit. Et dicit magna vel maior vel maxima contritio fm q ad maiorē dolorē mouemur Eo q proni sumus ad dolorē minorē debito qui nō liberat a gehenna Et qr per maiorē dolorē euacuat culpa /et tota pena. hinc cōtritio dicit minor ⁊ maior ⁊ maxima. ¶ Sz nūquid oportet q tantus sit dolor vel pigentia vt nollet hō pro toto mūdo vel pro vita obseruāda itez mortaliter peccare. Plane dicit q sic. eo q minus bonū semper debet velle amittere ne maius amittat. Deus enī in infinitū maius bonū est toto mūdo. qui tamē amittitur in mortali pctō. Unde si penitēs pfiteat se esse in tali ppositō/ amplectēdus est quia bene validā habet contritōem. Si autē profiteat se in ambiguo esse/ vtrum cederet vel sustineret mortē anteqz peccaret mortalit/ adhuc fouēdus est nō abijciendus. Sufficit enī aliquo modo istud ambiguū. Eo q nullus certus est vtz cederet vel sustineret. Ut dicit August. in lib de ỷginitate. Sed si ex deliberata conscientia dicat se certū esse q prius peccaret/ qz cederet toti mundo. vel mortē pateret. Istum dicūt nō esse cōtritū. nec vllam recipere remissionē peccatorū. Eo q nullā habet cōtritōem. Hanc tamē quātitatē contritōis nō debet cōfessor exigere vt coram se cōfiteat penitens. Sed p signa debet eam in ipso supponere. Si ita tamen de facto pfiteat/ tenendū est quod dixi

An cotritone oportet cū tota vita protendi.

De excessione cōtritiōis vtrum videlicet oporteat ipam cū tota vita protendi/ maxime cum medicina nō ptēdat vltra morbū/ dubitari potest. Sed dic q dolor contritiōis nō finitur nec finiri debet in hac vita. imo sicut infinita est offensa in peccando. quia in deū q est infinitus. ita exigitur vt dolor de offensa p modo possibili sit infinitus. vt scz eternitatē saltem vite homis habeat. cum eternitatē simpliciter habere nō possit Eo q nemo sit q semper viuat. Hoc est si in eternū in hac vita viueret: in eternū de pctō dolere deberet. Insup morbus pctī ēxuis euacuatus sit quantū ad culpā ⁊ reatū/ semp tamen manet ⁊ manere debet quantū ad detestatōnem in memoriā ppetrati delicti. vt dicit Hugo de sancto Victore Cum q morbo protēdit dolor vt eius medicina. qui nō est curās morbū preteritū. sed preseruās a futuro. ¶ De effectu vero cōtritionis. ⁊ an in cōtritione deleatur peccatū anteqz deueniat ad cōfessionem. inuenies in summa Raymūdi titu. de peni. distinct. i. que est de cōtritiō e pagra. Seqtur quis sit effectus. Et paragra. qualiter autē hoc sit intelligendum.

De secunda parte penitētie scz de cōfessione in generali.

De confessiōe ⁊ satisfactōne nō est opus multa tāgere eo q diffuse de his tractetur in summa Raymūdi. Nota tamen qd sit confessio. An sit necessaria ad salutē. Et an cadat sub precepto. Et sub quo. Cui facienda est. Quantū differri possit

Quid sit confessio in speciali.

Diffinit autē sic confessio. Confessio est legitima coram sacerdote peccatorū declaratō. Dicit in ista diffinitōne peccatorum declaratō. contra illos qui peccata sua celando vel ea excusando occultant. Dicit peccatorū cōtra eos qui recitāt bona sua in cōfessione. vel qui cōfitētur per abnegationē peccatorū. vt nō sum adulter. nō sum homicida ⁊ huiusmodi. Dicitur coram sacerdote. scilz qui clauem habet ⁊ potestatē soluendi. nō coram quolibz

de populo. Poterit tamen in necessitate. vt in piculo mortis/coram nō sacerdote fieri. Legitima dicit quod importat omnes cōditōnes que exigūtur ad verā confessionē. quas quere in summa Raymundi titu. de pe. distinct. ij. que est de cōfessione pagra. sequit que sunt necessaria ad veram confessionem.

Jn confessio sit necessaria ad salutem:

Propter eos qui dicūt cōfessionem nō esse necessariā ad salutem/ eo q nō cadat sub aliquo precepto diuino. Ut patet discurrendo pcepta decalogi Exodi. xx. Notandū est z inuiolabiliter obseruandū: q absq vocali cōfessione vel signo quod loco vocis sufficiat. non est salus. dūmodo cōfessor haberi possit. Eo q dicit Amb. Non potest quis a peccato iustificari/ nisi peccatū fuerit cōfessus. Et cōcedendū est q sub precepto cadat sicut omne necessariū ad salutē ¶ Sed attendendū est aliquid sub pcepto cadere duplicit scilz vel principalit explicite. vel secūdario z īplicite Primo modo cōfessio non cadit sub pcepto. Eo q nō inueniat expresse in aliquo decē mandatorū seu pceptorū Cadit tamen secūdario z implicite sub pcepto. z dici potest q sub illo pcepto. Honora patrē tuū z matrē tuam. Ubi precipitur honor z obediētia facienda matri ecclie. Quia igitur ecclesia statuit z pcepit confessionē homini fieri Et cōsequēti. in mādato illo pcipi videtur. vt homi fiat confessio. ¶ Ubi autē confessio instituta sit z precipiatur ab eccl'ia. Require in summa Raymūdi ti. de peni. disti. ij. que est de cōfessione pagra. Cui sit. (fessio

Cui sit faciēda cō/

Qui autē facienda sit confessio. in summa pdicta Raymūdi dicitur. Verūtamen breuiter dici potest q soli ꝓprio sacerdoti est facienda. qz ille solus habet potestatē absoluendi suos subditos. preterq̃ in casibus specialib. scz cum dñs papa vel eps in dyocesi sua/ dat proprio sacerdoti adiutores. sicut facit cū trāsfert ptātem suaz in penitentiarios suos. vel ordinat aliqs qui predicādo/ z exemplū bone vite dando/ moneāt populū z eos quos monuerint audiant z absoluant. Vel cum plebs multa est z nō sufficit proprio omnes audire. tunc pōt episcop dare coadiutores Sunt z alij casus. scz cum sacerdos licentiat suū subditū vt alij cōfiteatur. Et creditur q tenet licētiare in sequētib casib subditos. Et si nō licētiauerit/ potest subratihabitōne alicui peri. Scilz cū quis habet indiscretū sacerdotē. Item cū pbabiliter credit q reuelet confessionē suam. Item cū quis fornicatus fuerit cum filia sorore matre vel cōcubina proprij sacerdotis. propter qō incurrere credit ei odium si confiteat ei. Itē cum pbabilit credit q velit inclinare animū cōfitentis ad cōsensum mortalis peccati. Itē cū quis occ'tus hereticus deꝑhenditur. Itē fm aliquos cū propriā ouem ꝛgnouerit In huiusmodi casib peri potest licētia proprij sacerdotis. ne cōtemni videat. Et si nō dederit/ credit vel q maior adeundus sit. vel aliquib illorū qui a supiore suo vl dño papa potentiā absoluēdi acceperūt/ confiteri possit. Eo q fatuitas iudicaretur cōmittere se discrimini. pſertim cum omnibus cōtradicentib possim cauere piculum in corpe Et fatuū esset dicere q aliquo casu tenerer sequi eū qui me vult precipitare in mente. ¶ Sūt z alij casus in quib non oportet expectare nec adire proprīū sacerdotē. Ut cū quis peccauerit in parrochia alterius. vbi ratōne delicti efficitur de iurisdictōne eius in cui parrochia peccauit. Itē cū quis mutauerit domiciliū. z in alterius parrochia habitat. Item si est vagabund p terras. Item cū est in articulo mortis. In q casu siue habenti claues ligatas. siue solutas licet cōfiteri. ¶ Sed hic attende q Raymund z alij valde magni dicūt/ q cum ꝓprius sacerdos dat suo parochiano licentiā/ vbi voluerit confitēdi. oportet illū parochianum aliquē adire habentē generalē potestatē confessiōes audiendi. Eo q ipse proprius sacerdos parochianū suū licet possit de confitēdo alteri licētiare. Non potest tamen illū alienū sacerdotē licentiare q talem possit confessionē audire. nisi accepta ab ordiario potestate. Et tamē nos passim videmus/ q plebani assumūt sibi in adiutoriū multos qui nūq licentiati fuerunt ab aliquo ordinario. Unde vult

et scribit Magister. vi. de trano in summa sua de titulis. q̃ a iure in ordinatõne data est eis potestas absoluẽdi. ⁊ hanc recipit quilibet in sui ordinatõe. Unde cũ assumũtur a plebanis in adiutoriũ/ possunt ꝓm ipm confessiões audire. Nam cũ a iure licentiã habent. nõ egẽt licentia ordinariorũ. ¶ Cetera de verbo quodã qd dicit ipse. vi. de trano ti. de penitentia

de gradibus peccatorũ. videlicet q̃ vsus contra naturã/execrabiliter fit in meretrice. sed execrabilius in vrore Dubitatio orit apud magnos eo q̃ ipse. vi. per verbũ predictũ videtur velle/q̃ ille vsus etiã cum vrore propria. semp mortale sit quod aliq̃bus nõ placet. Dicunt enim quidam q̃ propt necessitatẽ vtpote propter nimiã pinguedinẽ/vel apostema vel vulnus in ventre/dummõ fieret in debito vase si cognosceret vir vrorem mõ incõsueto. excusabit vir a peccato. dũmodo causa prolis habẽde hoc fieret. Et vocant illi vsum cõtra naturã solum quãdo q̃s nõ ea parte corpis vtitur que ad generandũ instituta est sed alia. Magister Alexãder de Ales dicit q̃ peccat vir si vrorẽ suã modo brutali cognoscẽdo. nec necessitas excusat a toto licet diminuat quãtitatẽ peccati. Unde grauiter peccat ⁊ vt creditur mortaliter ꝓm ipm q̃ sic cognosceret/ nulla existẽte necessitate. Magister Albert' dicit q̃ nihil eorũ que facit maritus cum vrore/seruato vase debito/est ꝓm se mortale peccatũ. sed potest esse signũ cõcupiscẽtie mortalis scz quãdo nõ sufficit modus quẽ natura determinat. sed habẽt modos brutorũ animaliũ. nulla existẽte necessitate. Unde ꝓm ipm quãdo alter eorũ nimis pinguis est. vel quãdo cõtingit vẽtrem mulieris apostemari vel impregnari. ita q̃ anteri' non est membrũ applicabile. tũc causa plis habẽde. vel causa reddendi debitũ. vel causa fornicatõnis vitãde/nõ est prohibendũ aliter cõuenire. nisi dumtaxat vbi nulla precedẽte necessitate. sed tantũ ex libidine fieret Istud tamẽ non expedit populũ scire.

Quantũ possit cõfessio differri.

Quãtum autem differri possit confessio/apud aliquos dubitatur. Dicũt enim aliqui q̃ cõfessio differri potest sine peccato vsq̃ in tẽpus determinatũ. Et q̃ confessionẽ facere nõ sic est preceptũ q̃ oportet quolibꝫ tempore fieri. Sunt q̃ distinguũt Quia aut ille qui peccauit/ nondũ est cõtritus sed manet adhuc in mortali peccato. Et tũc non cõfitere data oportunitate. sicut nõ cõuerti. vel non cõteri. est ei omni hora peccatũ. Sed nõ nouum peccatũ. immo aggrauatõ prioris Eo q̃ diuturnitas sit circũstantia aggrauãs peccatum. Si autem ille q̃ peccauit iam ꝓtritus est Dic q̃ tenetur cõfiteri aliquãdo. sed nõ tunc. vl' tunc. Et ex precepto ecclie infra annũ iuxta formã decretalis. Omnis vtriusq̃. Q̃ si nõ confitet/peccat mortaliter. propter inobedientiã factam matris ecclie. Unde illud preceptũ de confitẽdo non obligat sub pena mortal'. dũmodo fiat infra tempus statutũ. si tamẽ homo semp conteratur. Sed q̃d si ante tempus sic ad cõfitendũ statutũ/contingat aliquẽ anteq̃ cõfiteatur subito mori. nec habuerit tempus cõterendi de trãsgressiõe diuini precepti. quo iubet aliquando cõfessionem facere. eo q̃ sit morte preuentus ⁊ Puta q̃ damnat tanq̃ legis diuine transgressor. Eo q̃ in quo instãti prius fuit soluendo id est potẽs soluere confessionẽ. quia potuit cõfiteri vel dolere q̃ nõ fuit cõfessus. Sed in vltimo instanti iã factus est trãsgressor. Hoc tamẽ non intelligat de eo q̃ ex causa confessionẽ differt. vt scz habeat confessorẽ discretiorẽ. vel alia vtili causa dũmodo diligentiã apponat vt habeat.

De tertia parte

De penitentie scilicet satisfactõne. E satisfactõne breuiter dicendum est. Et primo q̃d sit. Que eius partes. An necesse sit ipsam fieri in charitate:

Quid sit satisfactõ in speciali.

Diffinitur autem sic satisfactõ/ ꝓm Grego. a magistro in quarto libro sentẽtiarũ. Satisfacere est causas peccatorũ excidere. ⁊ earũ suggestionibus aditũ non indulgere. Et vocat causas peccati/ occasiones alliciẽtes ad peccandũ. Quarũ quedã propinque sunt peccato. Et he sunt in nostra ptãte.

J vt eas possum⁹ amouere vel excidere Ver bi gratia. Cena splendida/ causa propin qua est luxurie. vt Jeremi. vi. Saturani eos ⁊ mechati sunt. Et hāc causam seu oc casionem/ possumus amouere ⁊ excidere Sunt ⁊ alie cause seu occasiones pecca ti/ remotiores. que in nostra potestate nō sunt. vt puta oblatio talis cene. vel alicu ius rei delectabilis oculis cordis nostri. vel suggestio diabolica de tali splendida cena. Hō est enī in nostra ptāte arcere dya bolum. quin talia oculis mētis nostre of ferat. Occasiones ergo peccatorū ꝓpinq̄s debem⁹ excidere quia in nostra ptāte sunt Sed occasiōibus peccatorū remotiori bus si veniāt a pte diaboli. vel carnis vel mūdi/ nō debemus cōsentiēdo aditū in dulgere. eo q̄ in nostra ptāte sit eas nō re cipe ¶ Aliter autē diffinit sic Satisfactō est damni/ vel iniurie illate recōpensatio fm iudiciū ⁊ ordinem iuris.

Quot et que sint

partes satisfactōnis.

Satisfactiōis autē ponunt tres ptes. scilz oratio. elemosyna. ie iunium. Que generaliora sunt ī satisfactōne cuiuslibet peccati. Cum enī quis peccat/ delinq̄t in deum. ⁊ cōtra hoc specialiter satisfacit oratō. Itē delinquit in eccl'iam hoc est in proximū. ⁊ ꝯtra hoc specialit satisfacit elemosyna Itē delinq̄t in seipm. ⁊ contra hoc specialit facit ieiu nium De quib⁹ illud dicit. Bona est ora tio cum ieiunio ⁊ elemosyna.

An necesse sit con fessionē ⁊ satisfactōem/ fieri in caritate

Ultimo querit causa breuitatis de confessiōe ⁊ satisfactiōe simul vtꝭ necesse sit q̄ fiat in caritate Et an qui cōfitetur ⁊ satisfacit extra caritatē. teneat iterum cōfiteri. ⁊ ite rum satisfacere ¶ Et dicunt hic plures q̄ vtrūq̄ debet fieri in caritate Et repeti si fi at extra caritatē ¶ Alij circa vtrūq̄ distin guūt. Et prio de cōfessione dicūt q̄ opor tet q̄ fiat in caritate. ex quodā tamen ꝯse quēti. ita q̄ oportet q̄ fiat illud quod sta tutū est ab eccl'ia. Et oportet etiā q̄ dū fit q̄ charitas habeat. quia semp siue ꝯfitea mur siue nō/ nos tenemur habere carita/ tem. Et sic vt tactū est/ nos tenemur ex q̄ dam conseq̄nti cōfiteri in charitate. Sed si fiat extra charitatē non oportet (vt di cunt) eā repetere. sed solum satisfacere ⁊ cō fiteri q̄ confitēdo prius ficti fuerim⁹ id ē extra charitatē. dum tamē idem sit prior ⁊ posterior ꝯfessor ⁊ memoriā habeat pec catorꝭ cōfitentis. Alioquin oporteret re petere. quia integra debet esse cōfessio. Et isti dicti sui ponūt rōes q̄ scz ad hec duo scz cōfiteri ⁊ charitatē habere/ tenemur di uisim. Hā propter statutū eccl'ie tenemur cōfiteri siue habeamus charitatē siue nō Et similiter tenemur habere charitatē si ue cōfiteamur siue nō Et ideo potest vnū solui sine alio. Ut grā exempli. Si tene or ire ad eccl'iam. ⁊ cū hoc teneor tota die esse capatus in eccl'ia Si vado ad eccl'iaz sine capa nō oportet me iterato ire ad ec clesiā. sed solum satisfacere de eo q̄ nō fui tota die in eccl'ia capatus Consimilit in proposito. ¶ De satisfactōe autē dicūt q̄ in satisfactōne duo sunt cōsideranda. scz ipsa solutio debiti. ⁊ ipse modus soluen di. ita vt p datum siue factū fiat solutō de biti. ⁊ p modum soluēdi placeat solutio. Si autē per aliquē fiat extra charitatē so lutio debiti. puta pene tarate a sacerdote sicut ieiunare p annū ⁊ huiusmodi. dicit q̄ de rigore nō exigitur q̄ iterato reddat/ cum charitatē ⁊ gratiā adept⁹ fuerit. Sz solum q̄ illud qd defuerit in mō. ipse pe nitendo soluat. Aliq̄ qui tenebat deo iniū ctam penitentiā facere qd respicit debitū ⁊ cum hoc in charitate ⁊ bñ ordinata vo luntate facere. qd respicit modū soluendi debitū soluet sed nō modo debito. opor tebit talem cōfiteri ⁊ satisfacere de indebi to modo soluendi Et tūc erit debita satis factio. Quia scz eijcit satisfactū ꝑ ꝓ quā tum ad debitū. Hūc vero posteri⁹ satisfit quantū ad debitū modū. ¶ Reliqua ple ne tractāt in summa Ray. ti. de penitētia ꝓpter qd multa causa breuitatis trāseo

De sacramento ex treme vnctōnis ⁊ ptinētibus ad ipsum.

Equit aliqua tangere de sacra mento vltime vnctōnis. Et p mo quid sit. De eius institutō ne. Quid sit eius materia Que forma Quis debitus minister. Quis ei⁹ effectus. Quid hic res. ⁊ quid sacramen tum. Quis sit pceptibilis hui⁹ sacramēti.

Et quo ad morbum Et quo ad etatē. De loco vnctōnis.

¶ Quid. sit extrema

DIffinit autē sic extre (vnctō ma vnctio a quibusdā. Extre/ma vnctio est linitio olei sancti ficati. facta ad releuatōem vtri usq; infirmitatis. scz mentis ⁊ corpis Et ponit vnctio extrema pro nomine vnico diffiniti. quod qz nō habem⁹: circūloqui mur p duo. Iste vero termin⁹ linitio qui ponit in diffinitōne/sonat in actū vel in passionē que est in suscipiēte ipm sacra/mētū. sicut cū dicit baptism⁹ est tictio ⁊c. Designat tinctio passiua. quia intingit baptisatus. Verūtamē si quis totum eē extreme vnctōnis vellet diffinire. posset ita notificare. Extrema vnctio est sacrām tum ex vnctōne infirmis p oleū sanctifi/catū facta conferēs infirmis remediū cō/tra peccati reliq̄as. etsi expedit alleuiatō/nem ferens corporis infirmitati.

De ei⁹ institutione

QUando autē ⁊ vbi sit hoc sacra mentū institutū est duplex opi nio. ¶ Una dicit ab apostolis hoc sacramentū esse institutū/ que videt confirmari p glosam sup illud Marci. vi. Ungebāt oleo multos egro/tos ⁊ sanabant. Que glosa sic ōt Ab apo stolis patet hūc morē esse traditū vt ener/gumini ⁊ alij egroti / certo loco vngātur oleo/ a pontifice consecrato. Scōm hoc ergo dicendū est q apostoli a deo inspira ti. diuina autoritate ⁊ volūtate instituere potuerūt istud sacramentū. immo ipse de us in ipsis. licet forsan tūc non vngerent modo ⁊ forma qua nūc fm ordinatiōem ecclie fit vnctio. Sed forsan ad tempus istam formā ex causa nō seruauerūt. sicut ipsi (vt supra tactū est) ad tēpus ex causa ratōnabili formā baptismi mutauerunt. vt scz baptisarēt in nomīe christi. ¶ Alij volūt q istud sacramentū rps p se institu erit quoniā iuxta allegatū capitulū. vi. Marci. Narrato quō christus suos mi/sit discipulos ad predicandū statim seq/tur. Et exeūtes predicabāt vt penitentiā agerēt ⁊ demonia multa eijciebāt ⁊ vnge bāt oleo multos egros ⁊ sanabātur. quod nō credit sine institutōe dñi fuisse. Hec si mile est de immutatōne baptismi. qz aliō est mutare formā sacramēti. ⁊ aliud insti/tuere totū sacramentū de nouo celebran/dum. Nam ⁊ forte nūc per ecclesie autori tatē aut aliquā sibi datā inspiratiōem si/cut apostoli habuerūt/possent aliqua ad temp⁹ iusta de causa circa formaz alicui⁹ sacramenti. immutari. sed totū sacrm in stituere/null⁹ posset vt credit. nisi sol⁹ de⁹

Que sit materia sa

cramenti extreme vnctōnis

Materia huius sacramēti est ole um simplex ab ēpo benedictuz sine alterius rei admixtōne Cū enim oleū significet nitorem conscientie ⁊ balsamū suauitatē fame. ⁊ morit⁹ maxi me indiget nitore cōscientie. ⁊ nō multū suauitate fame/apparet q morituri sim/plici oleo cōueniēter pungūtur. Nō cris/mate. quod ꝓpositū est ex oleo ⁊ balsamo ¶ Et quoniā in exitu constitut⁹. indiget gratia sanāte. nō tantū cor sed etiam alia membra q̄bus abusus est/indiget nō tā/tum vnctōne cordis. sed etiā aliorū mem brorū quib⁹ maxime peccauit. vt sicut tri na mersio in baptismo signat submersio nē trium peccatorū que in mūdo regnāt scz ꝓcupiscentie carnis. cōcupiscētie ocu lorum et supbie vite. Sic hic multiplex inunctō signat eliminatōez ex diuina mi sericordia mebrorū singulorum.

Que sit forma hu/ z

ius sacramenti.

Et forma autē sciēdum est q si/cut forma alioꝝ sacrām torꝝ cō sistit in sermone ⁊ ope vt bapti smus in verbis illis/baptiso te ⁊c. Et in ope scilz in mersione baptisati. Et sic de alijs sacramētis. Sic hui⁹ sacramēti for ma cōsistit in ope ⁊ sermone. In ope qui dem. in illa scz signatōne mēbrorū in for ma crucis. In sermone vero in platōe ho rum verborū. Per istā suauissimā vnctō nez/ ⁊ suā pīssimā misericordiā dimittat tibi deus quicq̄d p visum peccasti. Et sic de ceteris mēbris Hec iterat ista forma su p eandē materiā p replicatōem verborū. quia nō omīno sunt eadē verba vt patet licet in pte eadē esse videant. ¶ Sed cum multiplex sit vnctio ⁊ multiplex verborū prolatō qz ad singula mēbra singule fiūt

vnctiones. ⁊ ꝓpria verba dicūtur. Nunq̃d ad inunctiōem oculoꝝ dimittūtur eorū peccata. Et similiť ad alias inunctōes aliorū membrorū/ alia eorū peccata. vel an omnia peccata simul dimittātur. Dicit q̃ omnes alie ille inunctōnes licet fiāt diuersis tempibus/ tamē p eodē tempe scz pro vltimo instāti platōis ⁊ cōplete inunctōnis facte cēsent. sicut in simili dictū est supra in cōsecratōe eucharistie. Nam sic hic est tunc enī omnia peccata simul dimittūtur scilicz in vltimo instanti totius inunctōnis ⁊ prolatōnis verborū pro quo fiunt omnes inunctōnes.

Quis sit debit' minister in sacramento extreme vnctōnis.

DE ministro autē hoc est tenendum/ q̃ solus sacerdos potest hoc sacramentū cōferre. ⁊ solus eps hoc oleū cōsecrare. Quod patet tū ex autoritate beati Jacobi qui in sua canonica capitulo vltimo dicit Infirmatur aliq̃s in vobis inducat pbiteros ecclie. ⁊ orent sup eū. vngentes eū oleo in nomie dñi. ⁊c. Tum quia istō sacramētū cōsummatiuū est penitētie. Et ideo pertinet ad claues q̃ solis sacerdotib' ꝓferunť

Quis sit effect' istius sacramenti.

EFfect' autē hui' sacramenti ꝓm magistꝝ in lib. sentētiarꝝ ponitur duplex scilz sanatio corpis et spūs. vt sicut homo ex duobus cōstat/ scz ex corpe ⁊ anima. Ita sit effectus hui' sacramēti sanatio vtriusq̃. sed pricipali' mētis. q̃ iste effect' semp sequiť in vere penitentie. Et ista sanitas mētis/ in duob' consistit. scilz in peccatorū remissione. et in virtutum ampliatōne.

¶ Quid hic res et quid sacramentū sit.

DEniq̃ vt sciat' quid sit hic res ⁊ quid sacramētū. Notandū q̃ ꝓm quosdā/ sacramentū hic est ipse vsus olei. siue consignatio cum oleo. Res autē/ est ipsa gratia spūsscti. q̃ dicto modo efficit sanatōem mētis. ⁊ etiā q̃nq̃ corpis. quando scz expediēs fuerit ¶ Secundū alios autē/ sacramētū est ipm oleū Res autē/ gratia spūsscti. ⁊c. Est autē inuenire inter illa plurimā similitudinē. q̃ gratia spūssancti ad modū olei lenitiā est morbi spiritualis. letificat etiā ⁊ consolat ab hac vita exeuntē. Ñ ñ psal. Ut exhilaret faciē in oleo id est mētem q̃ facies interior est in oleo extreme vnctōis Et panis id est eucharistia que inunctis exhibetur cor hominis cōfirmet.

Quis sit perceptibilis huius sacramenti.

QVis aūt pceptibilis sit huius sacrāmti. Dicit q̃ nō omni morbo vexatus sed solū morbo graviori in quo timet periculum mortis Tñ q̃ omnis egritudo corpis crescendo pt reducere hoiem ad obitū/ in omni morbo cū cepit īminere piculū mortis/ poterit istō sacramentū dari. ¶ Sed nūquid puuli ⁊ ignorātes ⁊ amētes pñt inungi. Dicit q̃ nō Cum enī hoc sacramētū nō debeat dari nō recognoscētib' ⁊ nō postulātib' ipz Tales autē sunt puuli ⁊ ignorātes. q̃ omno vsum rōis amiserūt Et furiosi nisi habuerint dilucida interualla. Dicit q̃ huiusmodi inungēdi nō sunt. Posset enī eē piculū tam in irreuerētia. q̃ etiā in īmundicijs q̃ hmōi hoīes cōcomitanť. Si tñ furiosi habuerīt lucida intualla possent īll' intuall' inūgi si īmineret pic'm mortis.

De loco vnctōnis

DE locis autē vnctōis est varia tio apō diuersas ecclias. Hoc tamē semp tenēdum est q̃ loca q̃nq̃ sensuū principal' inūgēda sunt sicut oculi. aures. nares. pedes et man' Quidā āt addūt pect' ⁊ renes. ⁊ vmbilicū in q̃b' delectatō est venerea licz nō oporteat ¶ Sed vbi inungēdi sunt mutilati. Dicit q̃ in loco mutilatiōis. q̃ licz mēbro careāt. nō tñ carēt potētia q̃ ꝓpleť actus pctī ab intra. licet nō ab extra Et iō vt expieť pctm cū mēbꝝ nō supsit. in loco incisionis vel in loco illi membro maxime vicino/ inungēdus est.

De sacramento ordinis ⁊ ptinentibus ad ipm in generali.

IN sacro ordinis prio occurrit dicendū. Quid sit ordo. Quid ibi pro materia ⁊ q̃d pro forma Quot sunt grad' ⁊ sufficientia

eorꝫ. Quot sunt de necessitate huiꝰ sacra/
mēti. Qui ordines sacri. ⁊ quare sic dicāt

Quid sit ordo et

quomodo diffinitur.

Diffinit aūt sic a magistro in li/
bro sententiarꝫ. Ordo est signa
culū quoddā sacrū. quo spūa/
lis potestas tradit ordinato ⁊ officiū Itē
quidā antiquorꝫ magistrorꝫ ita diffiniūt
Ordo est sacramentū spiritualis potesta
tis ad aliqd officiū in eccl'ia ordinatum.

Quid in sacramen

to ordis sit materia. Et qd res sacramēti

Quid autē sit hic pro materia et
quid p re sacramēti a qbusdaz
dicit q sicut in baptismo /tria
sunt Unū scz qd tm̄ est sacramentū. s. aq̄
vel tinctio cū verbo. Et aliud qd est res tā
tū scz remissio peccati. vel collatō grē. Et
tertiū qd est res ⁊ sacr̄m. s. caracter bapti/
smalis. Sic hic est aliqd qd est sacramē/
tū tm̄. scz illa signa visibilia cū verbis. q/
bus spūalis potestas tradi oñdit. Ut in
hostiariis traditio clauiū cū verbis ad h
ptinētib̄. In lectoribꝫ traditio libri pro
phetarꝫ cū verbis ad hoc institutis Et sic
de alijs. Et aliqd qd est res tm̄ scz grā spi
ritusꝰ ctī infusa. vel ptās spūalis Est ⁊ ali
qd qd est sacr̄m ⁊ res scz caracter q impri
mit. ¶ Alij ponūt duo ꝓpra. p sacro ⁊ re.
Sed tūc circa hoc orit dubiū cū dicat
q hoc sacr̄m sit aliqd sacratū signū exteri
us cū verbis ad hoc ordinatis. Et in qui
busdā ordinib̄ sicut ī sacerdotio sit pro
sacro impositō manuū cū forma verborꝫ
An si ab vno ꝓba. pferant ⁊ ab alio manꝰ
imponat ordo cōferatur. Et patet q non
Ut in decreto distin. xxiij. ca. quorundā
clericorum ⁊ ex textu ⁊ ex glosa.

Quot sunt ordinū

gradus ⁊ vnde eorꝫ numerꝰ ⁊ sufficientia

Quot autē sint ordinū gradus
dicit magister in. iiij. sentētiarꝫ
q sunt. vij. scz hostiariatꝰ. lecto
ris exorciste. acoliti. subdiaco/
ni diaconi ⁊ pb̄siteri Quorꝫ ē cōficere cor
pus xpi qd est excellētissimū officiorꝫ hu
manorꝫ. Et iō supra sacerdotiū nō est or/
do superior. imo nec epatꝰ. nec archiepatꝰ.
¶ Quorꝫ nūerꝫ ⁊ sufficientiā sic poteris
accipe. Ordinū vnꝰ est supmus ⁊ principa
lis scz sacerdotiū. Alij scdarij ⁊ huic def/
uiētes. Supmus ordo/ duos hz actꝰ. scz
principalē q est cōficere corpꝰ xpi. Et secū
dariū q est ppl'm preparet idonee cōicet
Scdarij autē ordines ⁊ huic supmo or/
dini defuiētes. Aut defuiūt ei qad actū
suū principalē aut qad actū suū scdariū.
Si q ad actū suū principalē q est ꝓficere
corpꝰ xpi tūc est ptās super hostias et qb̄
cōficit corpꝰ xpi. Et hoc potest eē dupl'r.
Quia aut in ꝓpatōe q ad ppl'm q eas of/
ferūt tēplo. Et sic est ordo subdiaconatꝰ.
Subdiaconi enī interest accipe hostias a
populo ⁊ reponere in presbiterio. vt ipas
ministrare possit diacono vt dicit ysido.
Aut est ptās sup hostias in cōpatōe q ad
sacerdotē. ⁊ sic est ordo diaconatꝰ cuiꝰ est
hostias oblatas ponere sup altare ⁊ ordi
nare vt eas ibi cōsecret sacerdos. Si āt ē
ordo defuiēs sacerdotio q ad actū suū se/
cūdariū scilz ad prepādū populū/ tūc aut
defuit ei in amouēdo malū. aut in ordīe
ad bonū. Si prio mō. tunc iterꝫ ꝓtingit h
duplicit. s. aut amouendo malū qd est ab
extra. ⁊ sic est ordo hostiariorꝫ q rū officiū
est indignos ⁊ viles excludere. ne violent
locū cōionis fideliū. aut amouēdo malū
qd est ab intra. ⁊ tūc est ordo exorcistarꝫ q
rū est arcere vim demōis p adiuratōes ne
impediat pceptiōez sacrorū. Si āt ordo
defuit sacerdotio in ordīe ad bonū. tunc
pt esse duplicit. Aut et pte intellectꝰ ⁊ tūc
est ordo lectorū q rū officiū est legere apte
⁊ distincte ad illuiatōez intellectꝰ Aut et p/
te affectꝰ. ⁊ tūc est ordo ceroferariorꝫ q in
signū ignis spūalis accēdendi in cordib̄
nr̄is cereos flāmiferos deferūt Et hi sunt
acoliti Acolitꝰ enī grece ceroferariꝰ dr̄ lati
ne ¶ Alij volūt q nouē sunt ordines ī ec/
clesia militāte sicut sunt nouē ordīes an/
gelorꝫ in ecclesia triūphāte Et fm q sdam
illorū/ epatus ⁊ archiepatꝰ ꝓstituūt duos
gradꝰ. q additi septē pcedentib̄ faciūt no
uē. Scdm alios corona est primus ordo
⁊ epatus vltimus. ⁊ sic fiūt nouē cum se/
ptem pnominatis. Sed prior sententia
potior est in conspectu modernorum.

Quot et que sunt

de necessitate huius sacramenti

Equit dicere quot ⁊ q̄ sunt de ne/
cessitate huiꝰ sacramēti Et dicit q

sex precipue. scilz sexus virilis Unde mulier nō est susceptibilis ordinis. Itē precedēs baptismus qui etiā est fundamentū ceterorū sacrorū excepto cōiugio. Uñ si aliqs nō baptisatus ordinaret/ nihil reciperet. vñ oporteret post baptismū si vellet aliquē ordinē exequi/ q̄ iterꝝ ordinaretur. ¶ Itē potestas ordinātis. qz qui nō est eps ordines cōferre nō potest. Itē intentio recta. vt scilz ordinās intendat facere qd̄ facit ecclesia. et similiter ordinandus fm quosdā. Itē materia seu sacramētū vt traditio libri z similiū cū forma verboꝝ Item tempꝰ seu etas fm aliqs qm̄ si puulus ordinet etiā precedētib⁹ alijs gradib⁹ nihil recipet cū fm eos in hoc sacramento exigat tam intētio recipiētis ordinē q̄ ꝓferētis. Paruulꝰ autē qz non habz vsum liberi arbitrij nō habz intētionem. Alij volūt q̄ etas sit de cōgruitate z nō de necessitate huiꝰ sacramēti Et iō in p̄dicto casu puulus fm eos recipit caracterē nec fm eos est reordinādus. Frater albertus vult. q̄ in alijs ordinib⁹/ etas sit de ꝓgruitate. sed q̄ in vltimo ordine qui est sacerdotū/ est de necessitate. Uñ plane vult q̄ ordo sacerdotij nō possit puulo conferri. Itē ieiuniū fm aliqs. eo q̄ fm eos pransus nō cōferret ordinē nec suscipet Alij fere omnes volūt cōtrariū. ¶ Multa p̄terea sunt de honestate z cōgruitate tam ex pte cōferentiū ordines q̄ ex pte temp̄is. que reperies expresse in summa Raymū. libro tertio in principio z consequēter.

¶ Qui ordines sint

Postremo notandū q̄ licet oēs predicti septē gradus sacri sint q̄tuor tm̄ primi minores ordines/ nō dicūtur sacri. sz solū tres maiores scz ordo subdiaconatꝰ. ordo diaconatꝰ. z ordo p̄sbiteratꝰ. Et hoc ꝓpter dignitatē q̄ inducit ministrātib⁹ in trib⁹ maiorib⁹ ordinib⁹. oportet enī eos vouere cōtinentiam vel simplicit̄ vel fm tempꝰ. Simpliciter in tota ecclesia occidētali. vbi nō dātur isti tres ordines/ nisi vouētib⁹ ipso facto ꝓpetuā castitatē. Secundū tempꝰ. vt in orientali eccl̄ia. vbi q̄ in matrimonio ordinē recipiūt/ in matrimonio ꝑmanent. Sz tm̄/ dū ministrāt/ abstinēt ab vxorib⁹ Insup ill' mortuis/ alias ducere nō p̄nt.

De sacramento cōiugij et pertinentibus ad ip̄m.

Sacramento cōiugij nō multa necesse est hic dicere eo q̄ in summa Raymūdi libro. iiij. de hoc sacramēto sufficiēter tractet. Sunt q̄dam tm̄ que ibidē nō tangūt de quib⁹ hic aliqua breuit̄ memorāda sunt videlicet. An istud sacramentū sicut alia sacramenta cōferat grāz z efficiat qd̄ figurat. Quis sit eius effectus An opus cōiugale possit fieri sine pctō. An debeat reddi debitū cōiugale tpe impregnatiōis. Itē an debeat reddi tempe z loco sacro. Item an semper debeat reddi cū petitur. Quid hic sit materia z forma. z qd res z sacramētum.

An sacramentū cōiugij ꝓferat gratiā z efficiat quod figurat

Resupposito q̄ matrimoniū est viri z mulieris coniūctio legitima/ indiuiduā vite consuetudinē retinēs. que diffinitio dat fm naturā optime institutā. qz tūc vna z pura fuit. Pretermisso etiā tractatu de cā institutōis huiꝰ sacramēti. z vbi institutū fuit. z qui p̄nt cōtrahere z qui nō cū aliq/bus alijs circa hoc sacramētū necessarijs que expsse libro quarto summe Raymū. inuenies. nūc querendū venit an hoc sacramentū sicut alia/ cōfert grām z efficiat quod figurat. Ubi triplex cadit opinio. ¶ Prima dicit q̄ nō cōfert aliquā gratiā sed cū alia sacramēta significēt gratiam z ꝓferant. istud tantū signat gratiā sed non cōfert. Hec est opinio magistri in li. sentētiaꝝ. z p̄positi antisyodori. ¶ Secunda opinio dicit q̄ cōfert grām scz recessum a pctō. nō tm̄ in ordine ad bonū. Et dicunt q̄ gratia illa est/ q̄ virtute huiꝰ sacramētl mitigat ꝓcupiscentia. ne ferueat vltra nupriaꝝ honestatē. Et hec opinio p̄babilior videt ¶ Tertia z satis peritorū opinio est q̄ cōfert grām etiā in ordine ad bonū. Non quidē generalit̄ se ad bonū hoc tm̄. qd̄ debet facere cōiugatus. Et istō bonū est vt fideliter coniugi assistat. opa sua illi cōmunicet. plem susceptā religiose nutriat z huiusmōi. Et fm hoc patet q̄ efficit gratiā quā figurat. sed non oēm quā figurat. sicut nec oportet. Figurat quippe cōiunctōem fidelis anime cum christo. que

quidem est effectus eius nõ contẽtus q/dem sed significatus.

Quid sit ei' effect'

EX premissis igitur habes q̃ duplex est effect' matmonij. Un' scz nõ contẽtus sed tantũ significatus. scz cõiũctio fidelis anime cum christo. Alius cõtentus ⁊ significatus. gratia scilicz qua mitigat fomes. ⁊ qua fideliter cõiugi assistitur.

An amplexus ma/

Uritalis possit fieri sine peccato. Trum autẽ fieri possit amplexus matrimonialis sine peccato vel meritorie/post hec venit dicendũ. Et dicit q̃ cause quatuor precipue sunt ꝓpter quas fit cõmixtio cõiugalis. Aut enĩ fit causa suscipiende prolis. ⁊ hoc duplicit' Aut scilicz ad cultum diuinum ampliandũ. ⁊ hec causa sic ꝓgnoscẽdi vtorẽ/ ab omni peccato excusat ⁊ reddit opus meritoriũ. dũmodo ista intẽtio ante finẽ opis per delectatõem nõ corrũpatur. Uel fit causa prolis vt scilz habeat' successor hereditatis ⁊ hec causa nõ excusat a veniali sed a mortali. Aut fit cã reddendi debitũ ⁊ hec causa excusat a culpa ⁊ fm aliquos merek' sic faciẽs. dum tamẽ ista intẽtio/ p inordinatã voluptatẽ ante finem opis nõ supplantek'. Aut fit causa fornicatiõis vitãde et hec causa excusat a mortali. Aut fit causa exsaturande libidinis ⁊ hec causa nõ excusat a mortali. Uel fm alios in hoc vltimo casu distingue. qr aut illa libido causa cuius exsaturãde fit cõmixtio cõiugalis/ tantũ repssa erat/ q̃ eam nollet alter cõiugum cũ alio vel alia explere. ⁊ tũc dicunt q̃ adhuc est peccatũ veniale. Aut in tantũ creuerat illa libido vt indifferẽter vellet quis eã siue cum sua siue cum nõ sua explere Et tunc dicũt esse mortale peccatum.

¶ An tẽpore impre/

gnatiõis debeat reddi debitũ coniugale. DE tempe impregnatõnis dicit q̃ ꝓter periculũ nõ debet in tẽpore impregnatiõis vtor cognosci. Unde si vir eo tempe moueatur ad coitũ. debet ratõne/ talem motum ꝓter timorem p̃dicti periculi/ refrenare. maxime quatuor primis mẽsibus. Si tamẽ vir vtorem dicto tempe cognouerit/ nõ propter hoc peccat mortalit' Uerum etiã qr mulier illo tẽpe maxime coitum vt frequẽter appetit. si ipsa petat ⁊ ip se vir exactus reddat sic reddens leui' peccat. exigẽs vo graui'. vterq̃ tũ venialr tũ

An tempore et lo/

co sacris/debeat reddi debitũ. E tempe sacro similiter dicit/ q̃ tempe quadragesime ⁊ quatuor temporũ ⁊ rogationũ/ ⁊ p̃ cipuarũ solennitatũ/ nõ debet alter cõiugum debitũ petere. Si tamen petierit cũ pigentia tamẽ animi q̃ sine coniugij vsu esse non possit/ venialiter peccat. Si autẽ alter petierit/ reddat. exactu tamẽ iusticie et fide thori excusat' a peccato. nisi in his casibus preter temporũ huiusmodi solẽnitatem aliquid iuxta distinctões suprapositas grauius incideret quod peccatũ aggrauaret ¶ Sed secus est de loco vt volunt aliqui q̃ scilz nõ tenẽtur in loco sacro reddere debitũ si aliquis alius locus haberi possit. Si autẽ ali' locus nõ possit haberi/ vt cõtingit in tempore guerre/ vbi multis noctib' in locis sacris iacent viri cum vtoribꝫ suis. tunc si alter coniugum soluat exactus. habẽs de hoc dolorẽ cordis/ peccat tantũ venialiter. ĩmo si erigat cum planctu ⁊ pigẽtia quod sine vsu cõiugij esse nõ potest. nõ credũt multi q̃ peccat mortaliter. ¶ Hec credas q̃ tũc cõtaminet' locus/ ita q̃ reconciliatiõe indigeat. quia cõtaminatio sacri loci distinguitur duplicit'. Una que procedit ex incõgruitate operis. quod fit in ipo respectu dicti operis in se. Et alia que procedit ex incõgruitate opis non quo ad se. sed quo ad consecratõem seu actum ipsius loci in quo fit. Nam illa que procedit ex incongruitate respectu loci tãtum ⁊ nõ operis in se/ non cõtaminat locum in tantum q̃ indigeat reconciliatõne. Sed illa vero q̃ procedit ex incõgruitate ad sanctificatõnem loci/ respectu opis in se vt est in magnis facinoribus. sicut in stupro adultorio homicidio ⁊ huiusmodi. et hec locum cõtaminat in tantũ q̃ recõciliatõne indiget maxime respectu aliquorum facinor̃ vbi sunt manifesta.

An semper debeat reddi debitum cōiugale cum petitur.

De solutōne autē debiti cōiugalis hoc tenēt aliqui q̄ omni tempore petenti debitū est reddendū. fm opportunitatē loci. Ꝓ ideo dicit quia ille act⁹/ verecūdiā q̄ndā habet sibi annexā. Ñ nō oportet q̄ soluatur in publico. sed in omni hora omniq̄ dimisso negocio. si scit alterū esse in piculo sa cōcupiscētia. tenet captare secretū cubile ⁊ debitū reddere. ¶ Alij distinguūt q̄ sicut in preceptis affirmatiuis semp ad ea tenētur sed nō p̄ semp vt verbi gratia Sē p̄ teneor honorare parētes meos / sed nō pro semp sed solū pro loco ⁊ tempore Ita hic vt dicūt quis ad semper tenet reddere debitū. sed nō tenet pro semp. sed solū cū opportunitas loci ⁊ tempis hoc exegerit. ¶ Et nota duos versus qui determinant quinq̄ casus. in q̄bus quis potest redde re debitum sine peccato sed nō petere. Festa sacerq̄ locus ieiunia mēstrua partus. Si petis his peccas reddis q̄ñq̄ licenter

Quid sit materia ⁊ quid forma in sacramento coniugij:

Quid aūt sit materia ⁊ quid forma. dicitur q̄ materia sunt/ legitime p̄sone/ in potentia ꝓmiscōnis secuū existētes ¶ Circa quod multi difficiles ⁊ diuersi casus occurrūt hoc sacramētū matrimonij impedientes q̄ sufficienter in summa Raymūdi determinātur. quare hic causa breuitatis non exprimūtur. sed solū pro quadaz compēdiosa annotatiōe. ponūtur sexversus sequētes. Ecclesie vetitū necnō tempus feriatū. Impediūt fieri. permittūt facta teneri. Error. cōditio. votum. cognatio. crimen. Cultus disparitas vis ordo ligamē. honestas. Si sis affinis si forte coire neq̄bis. Hec sociāda vetāt cōnubia iuncta retractāt. ¶ Forma autē est cōsensus p̄ ꝓba expssus. vt accipio te in meā ⁊c vel huiusmodi. Secūdū alios cōsensus animorū est materia in ꝓiugio. forma autem est debita verborū platorū forma scz Accipio te in meā. ⁊c. ¶ Sed nunq̄d et iste cōsensus debeat ferri ⁊ esse ad carnalē copulam. Et dicē magister in libro sentētiarū q̄ nō in carnalē copulā nec in cohabitatōem corpalem sed in societatē cōiugalem. quod sic exponit hoc est in carnale debitum. nō in carnalem actū. ¶ Nec obstat illud de matrimonio beate virginis que fm beatū August. ita in matrimonio cōsensit/ q̄ nisi aliter deus iuberet. debitum cōiugale nō redderet. Ait enim sic Cōmittens autē virginitatē suam diuine dispensatōni/ ⁊ cōsensit in carnalē copulā nō illā appetendo sed diuine inspirationi in vtroq̄ scilz ⁊ virginitate ⁊ cōmixtione obediēdo. Sed virginitatē quā nondū vouerat/ in desiderio habuit ⁊ cū firmo proposito. cōmixtionē vero illam nisi deus aliter disponeret in sufficientia ¶ Ex his satis patet quid hic sit sacrāmtum ⁊ quid res. Nam sacramentū est cōsensus animorū ⁊ cōiunctō corpor. Res autē duplex est scilz vnio christi ⁊ ecclesie Item vnio duarum naturarū in christo. Nam sicut in matrimonio cōiunctio est animorū vnius cum vna ita vnit christ⁹ cum ecclesia que vna est vt dicit Cantic. vi. vna est colūba mea. ⁊c. De qua etiam vniōe dicit prime Ad corin. vi. Qui adheret deo/ vnus spirit⁹ est cum eo. Item sicut in matrimonio est cōmixtio diuersorum secuū/ ita in christo est vnio duarum diuersarū naturar. scz diuine ⁊ humane.

¶ Explicit tractatus tertius de expositiōe septem sacramentorum.

Incipit tractatus eiusdem quartus de septem virtutibus ⁊ earum declaratione.

Nunc aliqua tangēda sunt de virtutibus Et prio quid sit virt⁹ in genere. Quot sunt in nūero. et de earum sufficientia. Deinde de singulis in speciali erit aliquid dicendum.

Quid sit virtus in

Est autē virt⁹ fm (generali August. bona qualitas mētis. qua recte viuit et q̄ null⁹ male vtit. quā sol⁹ de⁹ in hoie opat. Notāter dicit bona q̄litas ad drām malarū q̄litatū cuiusmōi sunt pdigalitas auaricia. Addit mētis. ad drām corpaliū q̄litatū. quales sunt albedo nigredo. Et subiūgit. qua. scilz virtute. recte viuit. ad differentiā sciētie que cōtuis sit bona qualitas mētis. nō tamē necessario ea recte viuitur sed poti⁹ ea recte intelligit. Et addit q̄ nullus male vtit ad differentiā potentiarū naturaliū quib⁹ cōtingit ⁊ bene vti ⁊ male vti. cuiusmōi sunt rōnabilitas ⁊ cōcupiscibilitas. ⁊ irascibilitas. que p prie potētie dicūtur Dicit etiā quā solus deus opatur in homie. qō ponit ad differentiā virtutū politicarū. que (vt vult philosophus in Ethicis) generātur ex freqnti bene agere. cū virtutes theologice a dō infundātur. Ex quo apparet q̄ pcedens diffinitio est ꝓprie virtutis theologice. Sed prout virtus comphendit tā quattuor virtutes cardinales q̄z tres theologicas sic potest diffiniri. Virt⁹ est amor habendi se ad omnia vt debet. Unde Aug. in libro de moribꝫ eccl'ie. singulas diffiniēs ꝓtutes. in omnibus diffinitōnibus ponit amorē tanq̄z genus. ⁊ adiungit diuersos actus quasi diuersas differentias.

Quot sunt virtutes ⁊ de earum sufficientia.

Ex dicta autē diffinitiōe/ extrahi potest nūerus septē virtutū scilz quatuor cardinaliū ⁊ triū theologicarū. Cum enī virt⁹ sit amor habendi se ad omnia vt debet. aut erit amor hābdi se vt debet ad creatorē. aut ad creaturam Si primo modo tūc vel erit amor ad creatorē vt recognoscat ⁊ sic erit fides que est illūinatio mētis ad cognoscendū deum. Aut erit amor ad creatorē vt possideat. ⁊ hoc dupliciter scz Vel vt habēdus in futuro. ⁊ sic est spes. Vel vt quō hic habitus ⁊ tētus. ⁊ sic est caritas qua q̄s licet p quendā modū impfectū habz hic deum. Quia q̄ manet in caritate in deo manet ⁊ deus in eo. i. Joh. iiij Si autē sit amor hābdi se vt debet ad creaturā. tūc vel ad creaturā que sub nobis est vt caro. ⁊ talis amor sic habēdi se ad eam vt debet est tempātia. Aut ad creaturā que iuxta nos est. sicut est prorim⁹. ⁊ talis amor sic se recte habendi ad eū/ est iusticia Aut ad creaturā que ꝓtra nos est. ⁊ tūc aut illa creatura est nobis insidiās. ⁊ tal' amor sic se habendi ad eā vt debet/ est prudentia. Aut illa creatura ē nos molestās. ⁊ talis amor sic se hābdi ad eā vt debet est fortitudo.

De tribus virtutibus theologicis. Et primo de fide.

In speciali tangēdū est de ꝓtutibus theologicis Et prio de fide. De q̄ p mo dicendū q̄d sit Quot modis dicat. Que sit fides informis et q̄ formata. Et vtrū vna sit alia Et an demōes habeāt fidē Utrū puuli baptisati hēant fidē Utrū in aliq̄ casu sufficiat fuare fidē corde ⁊ diffiteri ore Utrū fidei possit subesse falsum. An omnes teneātur ad fidem explicitam?

Quid sit fides et quomodo diffinitur.

Secundū aūt apl'm ad heb. Fides est rerū sperandarū substantia. argumētū non apparentiū Et diffinit hic fides put est fundamentū in edificio spūali. Subsistit ei oibꝫ alijs ꝓtutibꝫ ⁊ eas collocat ī nobis. i. facit eas in nobis collocari Et hāc sic intellige diffinitionē. Fides est sperādarū rerū substātia. i. fides facit modo res speratas subsistere in nobis spe. q̄ tandē subsistēt re. Fides ōr argumentū. i. ostensio vel pmonstratio/ nō apparentiū rerū. Sed nōne apostoli crediderunt xpm passum? vtiq̄z. qr in eorū symbolo hoc p articulo ponit. et tamē apparuit eis passio sua Sz dic q̄ aliō viderūt ⁊ aliud crediderūt qr hoiem

passum viderūt ⁊ deū passum crediderūt Deum autē passum esse/est articul⁹ fidei fm August. Non hominē illum passum esse Quia hoc crediderūt iudei qui fidem nō habent catholicā. ¶ Secundū autem Augustinū. Fides est illumiatio mentis ad videndum deum.

Quot modis fides

R

Dicitur autē fides multipliciter. Aliquādo enī accipitur pro habitu fidei informis Unī Jacobi.ij. Fides sine opibus. Aliquādo accipit pro habitu fidei formate. Unde ad hebreos.xi. Sancti p fidem vicerūt regna. Aliqñ pro actu fidei formate fm q̄ dicit Augu. Fides est credere quod nō vides. Aliqñ pro facilitate credendi. Unde Math.viij. Nō inueni tantā fidē in israel. Aliquando p obiecto fidei scilz pro eo qd creditur. cuiusmodi sunt articli fidei Unde in symbolo athanasij dicit. Hec est fides catholica. qd intelligit de articulis ibi positis.

Quid sit formata ⁊ qd iformis. ⁊ vtrq; vna possit fieri sine alia

Fides autē formata est fides q̄ operatur p dilectōem que scilicet informat gratia ⁊ caritate. Fides autē informis est huic contraria vtraq; formabilitate priuata q̄lem hñt existētes in pctō mortali. q̄ nihil aliud est q̄ potētia naturalis assentiēdi veritati vtili. ¶ Utrū autē fides informis fiat qñq; formata vel nō ⁊ an quotiēs peccat mortalit/ omino pereat fides formata. ⁊ cū ad statū gratie p penitentiā redit/ vtrū noua fides creat. ¶ Multi videtur dubitare. Dicūt enī aliqui q̄ fides informis eadē est in essentia cum fide formata sed differūt fm intēsionē maiorē ⁊ minorem. vt assensus veritati aliq̄ illustratōne gratie irradiatus sit fides iformis. assensus autē vehemēs/ multa illustratiōe gratie illumiatus. sit fides formata Et volūt isti q̄ fides informis hic finiri possit. formata vero nō. ¶ Alij dicūt q̄ nō sunt eadem in substātia sed euacuata siue recedēte fide formata/ totū perit Et relinq̄tur tātum modica quedā lux in anima/ que nō facit hominē gratū que dicit fides informis ¶ Alij distinguūt q̄ duplicit dicitur fides informis. Uno modo p priuatōez actualem forme debite. Et p hunc modū dicitur fides informis esse in pctōribus. quia nō est in eis gratia gratificās vel caritas. Alio modo dicit fides informis p priuatōem possibilitatis ad formā debitam. ⁊ hec fides informis est in demonibus q̄ nō habent possibilitatē ad gratiā. Et primo modo dicta fides informis/ sic differt a formata/ q̄ tñ formata fieri possit. scz q̄ illud qd fidei informi subiacet/ potest formari. Unde materialit loq̄ndo hec potest fieri illa. sicut cecitas in oculo potest fieri visus p miraculū. Sed secūdo mō dicta fides informis oīno differt a fide formata sic q̄ nullo mō fieri potest formata. Et illud plus placet aliq̄bus ¶ Ex his patet an demones habeāt fidem Habent enī fidē informē vt dicūt sancti Sed vt dixi multo aliter q̄z pctōres. quoniā fides informis demonū nō est possibilis ad formā debitā sicut fides pctōrū in q̄ est aliq̄ q̄uis modica illustratio gratie. In fide vero demonū nulla sed tantū credulitas quedā ex cogitatōne naturali exorta.

Utrū paruuli baptisati habeant fidem.

¶ Est tamē aduertendū q si ex ipsa supfluitate cibi ⁊ potus/ cōtingat emissio supfluitatū p modū seminis natural. tunc immūdicia licet etiā ad gulam ptinere videat/ inq̄ntum scz materiā ministrat. magis ꝓprie tamē ptinet ad pctm̄ libidīs seu luxurie. Si cōtingat emissio aliaꝝ superfluitatū. vt vomitus ⁊ vacuatōnū fetidarū ⁊ hmōi. tunc immūdicia ꝓprie ad viciū gule ptinet. ¶ Est etiā aduertendū q hebetudo quantū ad eligibilia/ nō est ꝓprie filia gule. īmo cōiter in omni pctō inuenit Sz hebetudo sensus circa speculabilia/ maxime etiā ex gula puenit/ propt rōem iam tactā scz propt fumositates caput pturbātes. ⁊ tūc prope est filia gule. Sil'r leticia que est de actu pctī iuxta illō puerbioꝝ. ij. capitulo Letātur cū malefecerit. ⁊ que prope ex habitu peccādi pcedit/ nō est filia gule īmo ad omne peccatū conseqū potest. Sed illa leticia q̄ est vaga dissoluta ⁊ incōposita/ qō iportat hoc verbū inepta. maxime orit ex inordinata sumptiōe cibi ⁊ potus. ⁊ isto mō assignat filia gule. Similiter est quedā scurrilitas q̄ ex volūtate seu appetitu luxurie ⁊ quedā ex appetitu inordinato lucri seu pecunie pcedit. dum scz querit psona p quandā vanā iocularitatē/ ad risum seu cōplacentiā pmoueri. vel ad ipam facilius ad actū venereū pmouendū. vel ad aliq̄d cōmodi ab ea cōsequendū. ⁊ istis modis magis ptinet ad illa vicia scilz luxurie ⁊ auaricie. Sed illa scurrilitas que ex immoderata cōcupiscētia ⁊ sumptōe cibi ⁊ potus procedit iuxta modū sat⁹ supra declaratū ē ppa filia gule

¶ De vitio seu peccato luxurie.

Sequitur de luxuria que sic describitur Luxuria est ex immūdis desiderijs veniēs lubrica mētis ⁊ carnis prostitutio. Scōm alios sic de/

prout ipsa cōcupiscentia trāsit ⁊ progre/
ditur in actū venereū/cōpletū ⁊ consum/
matū. ⁊ tunc cōstat esse peccatū mortale.
Alio modo prout ipsa cōcupiscētia tran
sit ⁊ pgredit in aliquos act⁹ disponentes
ad ipm actū venereū. vel ipm circūstātes
seu cōcomitantes. Et hoc itē cōtingere
potest triplicit. vel enī hoc fit p visum. vl
p linguā. vel per tactū. Si prio mōvt qñ
scz ipsa cōcupiscētia ab extra visu pascit.
vt qñ ḋs animo ⁊ fine cōcupiscendi mu/
lierē/in ipsam pspicit ⁊ attendit. ⁊ tūc est
peccatū mortale. Nam illō vt dicit Aug.
nō est titillari. sed plene libidini ꝯsentire
Juxta illō Math. v. Qui viderit mulie/
rem ad ꝯcupiscēdū eā iam mechat⁹ est eā
in corde suo. Et notāter dicit. ad cōcupi/
scendū eam. qm̄ si aliquis mulierē inspi/
ceret vt rem pulcrā. ⁊ nō in deterius pce/
deret. tūc puum vel nullū esset pctm̄. vel
solū esset pctm̄ curiositatis. Si vero se/
cūdo istoꝝ triū vltimoꝝ modoꝝ fieret. vt
qñ quis mulierē ꝓpter libidinē pcaretur.
vel colloḋa familiaria secū habet. vel per
verba adulatoria ⁊ deceptiua/ attrahere
conat. ⁊ tunc est peccatū mortale. Si ꝯo
tertio istorū triū modorū vltimoꝝ fieret.
quod fit p oscula amplex⁹/hmōiḋ mulie
rum cōtrectatiōes. Et tūc est etiā peccatū
mortale. ⁊ tanto grauius q̄to magis per
talia libido accendit. ꝓpter nimiā approxi
matōem ad ignē. Et vocat ab apl'o turpi
tudo. Quod tamē ita accipi debet. si pre/
missa ex libidine seu ꝓpter libidinē fiant.
Nam tāgere mulierē/imo ⁊ osculari. non
libidinis intentōne. sed ex necessitate/seu
quadā honestate vt interdū fit. nō eēt pec
catū. dummodo nihil sit in intentiōe cor
ruptū ¶ Premissa etiā omnia intellige. ni
si p sacramētū matrimonij cū debita mo/
ratiōe. debitisḋ circūstātijs. supra vbi
de peccato luxurie actum est aliqualit' de/
claratis/excusarentur.

K

De peccato in spi/ritūsctm̄ ⁊ diuersis ipi⁹ pctī acceptionib⁹

Expedita igit iuxta ordinē in B
tractatulo exponendoꝝ decla/
ratiōe quarte diuisiōis peccati
mortalis. que (vt supra tactuꝫ
est) p septē vicia capitalia sumit. ipsoꝝḋ
septē viciorū capitaliū explicata natura.
venit nūc aliq̄liter circa vnā pticulā ter/
tie diuisionis peccati mortalis supra eti/
am posite tāgendū. scz in spiritūsanctū.
¶ Circa quod sciendū est/ꝓ licet omnia
essentialia. omnibus trib⁹ psonis sanctissi
me trinitatis equalit' cōueniant cōiter tm̄
attribuit seu appropat psone patris po/
tentia. psone filij sapiētia ⁊ psone spūssan
cti bonitas Et ex hinc insurgit. ꝓ illi qui
peccant ex infirmitate que ꝓprie cōtrariat
potētie/ dicūtur peccare in patrē. i. cōtra
patrem. Qui enī peccāt ex ignorātia que
proprie cōtrariat sapiētie. dicūtur pecca/
re in filiū. Qui enī peccant ex ꝓpria mali
cia que ꝓprie opponit bonitati/dicūt pec
care in spm̄sctm̄ ⁊ est ꝓprie peccare ex pro
pria malicia. quando voluntas scit ⁊ pōt
alicui malo resistere. ⁊ tm̄ ex sola malicia il
lud eligit. Et quo clare apparet pctm̄ in
spm̄sanctū graui⁹ esse alijs peccatis. que
in patrē ⁊ filiū cōmittunt. cū maius sit ⁊
graui⁹ peccare ex propria malicia. q̄ ex in
firmitate vel ignorātia. De qua ipi⁹ pctī
in spiritūsanctū grauitate/latior fiet ifra
declaratio. Et quia generalit' oia peccata
tam in superiorib⁹ declarata q̄ alia. vl' ex
infirmitate. vel ex ignorātia. vel ex propa
malicia cōmittūtur. nō fuit necesse specia
lem de ipsis qualitatib⁹ peccatoꝝ tracta/
tum facere. nisi solū de illo peccato in spi/
ritūsanctū/quod vltra alia peccata q̄ndā
specialitatē quandā q̄ grauitatē impor/
tat ¶ Circa quod pctm̄. ꝓ clariori nature
eius declaratiōe ⁊ intellectu/ ⁊ eo ꝓmari/
me qꝫ multi frequēter de ipso loquūt qui
ꝓriā eius naturā nō intelligūt. est aduer/
tendū/ꝓ triplex de isto peccato in spiritū
sanctū reptitur positio seu acceptio ¶ Alli
qui enī vt Hilarius Ambros. Hieroni.
⁊ Chrysost. ponūt ⁊ dicūt peccatū in spi/
ritūsanctū esse. qñ ad lrām aliqua blasse/
mia cōtra spm̄sanctū dr. siue spūssanct⁹
accipiat fm ꝓ est nomē essentiale toti tri/
nitati cōueniēs. quelibet enī psona spūs
est ⁊ sanctus. siue prout est nomē speciale
vni⁹ in trinitate psone. Et fm hāc accep/
tiōem distinguit in euangelio Math. xij.
Blasfemia in spm̄sanctū. ꝯtra blasfemiā
in filiū homis. vbi exemplū de ista blasse
mia habet de iudeis que illa q̄ xps in vir/
tute spūsctī opabat/ attribuebāt princi/
pi demonioꝝ. ⁊ ideo dicūtur in spm̄san/
ctū blasphemasse. ¶ Augusti. ⁊ aliqui eū
sequentes dicūt ⁊ ponūt peccatū in spm̄

sanctū esse finalem impenitentiā. quādo
scz aliqs in peccato mortali vsq; ad mor-
tem inclusive pseuerat. qz vt dicunt talis
in spm̄ sanctū blasphemare videt. qō qui
dā dicunt nō solū verbo oris fieri posse.
sed etiā verbo cordis ⁊ verbo operis. Nec
vno solū. imo multis ⁊ multotiēs. Et di-
cunt q̄ verbū sic acceptū dicit eē blasphe
mia ꝓtra spm̄ sanctū. qz est ꝓtra remissio-
nem pctōꝝ q̄ fit p spm̄ sctm̄ q̄ est charitas
patris ⁊ filij. ¶ Alij ⁊ tertij ponūt ⁊ dicūt
pctm̄ in spm̄ sctm̄ eē. qn̄ ex certa malicia.
id est ex ipsa deliberata electōe mali pecca
tur. qō ex ip̄roba volūtate liberi arbitrij
pcedit. qz vt tactū est peccat tūc cōtra bo-
uitatē que attribuit ⁊ appropat spiritui
sctō. ¶ Et in ꝓposito pñti fm cōem vsum
loquēdi ⁊ ponendi accipit isto tertio mō
seu fm istā tertiā acceptōem. Quia capiē
do iuxta primā acceptōem seu p̄mū mo-
dū ponēdi. magis ꝓprie est pctm̄ speciale
ad infidelitatē ptinēs q̄ opponit ꝓfessio-
ni fidei. Juxta vero scōam acceptiōez seu
scōm modū ponēdi. p̄t ad omia vicia pti
nere ⁊ in omi genere pctī contingere. etiā
in pctis a principio ex infirmitate vel ex
ignorātia cōmissis. imo p̄t cōtingere ho-
minē in peccato mortali mori vel ex incu
ria. vel negligētia penitēdi. vel subito. vl
ex improuiso. Et ideo iuxta hāc tertiam
acceptōem seu ip̄m tertiū modū ponendi
fiet hic declaratio de ipso pctō in spm̄ san
ctū. ¶ Circa qō itez p veraciori intellectū
est aduertendū q̄ nō omē pctm̄ qō ex cer
ta malicia cōmittit/ dr esse pctm̄ in spm̄
sanctū. put hic ⁊ cōiter accipit. Dupliciter
enī ꝓtingere p̄t aliquē ex certa malicia. i.
ex ipsa electōne mali peccare. Uno mō ex
inclinatōe habitus viciosi seu assuefactō
ne. imo fm aliquā circūstātiā ex ꝓpria sci-
entia ⁊ deliberatōne q̄ tñ nō peccaret in
spm̄ sctm̄. imo illō (vt tactū est) in q̄libet
genere peccati cōtingere p̄t. Alio mō pōt
q̄s ex ꝓpria malicia peccare ex eo scz q̄ ipe
scienter ⁊ p cōtemptū abijcit ⁊ remouet a
se illud qō in eo poterat electōem seu con
tinuatōem pctī impedire Et cū oia q̄ pec
cati electōem seu cōtinuatōez ipedire pos
sunt ⁊ impediūt/ sint ꝓprie effect⁹ spūssctī
in hoīe. ideo ille q̄ vt tactū est ipsa sic pec
cati electōem seu cōtinuatōem impedien
tia a se sciēter ⁊ per cōtemptū abijcit ⁊ re-
mouet. dicit ex ꝓpria malicia ⁊ in spm̄ san
ctū peccare. Et ita ꝓprie accipit in hoc p-
posito etiā fm cōem acceptōem ex propa
malicia peccare. put adhuc inferi⁹ lati⁹ de-
clarabit. ¶ Qui⁹ autē pctī in spm̄ sanctū
fm Augusti. ⁊ cōem acceptōem ponūt eē
sex spēs. s. despatio. p̄sumptio. īpenitētia.
obstinatio. impugnatio veritatis agnite
inuidētia fraterne gratie. Quaꝝ nūerus
seu sufficiētia sic sumit⁹ pctm̄ in spm̄ san
ctū. put (iuxta supra tacta) hic. ⁊ cōiter ac-
cipit/ fit ⁊ cōmittit p remotionē seu cōtē-
ptū eoꝝ p q̄ homo ab electōe pctī seu cō
tinuatōe qō idem est in effectu/ p̄t impe-
diri. Illa autē que sic hoīem ab electōne
peccati impedire seu ratrahere pñt proce
dūt seu oriunt vel ex pte diuini iudicij. vl
ex pte donoꝝ dei. vel ex pte ipsi⁹ pctī met.
In iudicio autē diuino duo insunt scilz
iusticia ⁊ misericordia. Respectu miseri-
cordie ex qua cōsurgere hz spes ex cōside-
ratiōe scz diuine misericordie peccata re-
mittētis ⁊ bona premiātis. Qui hāc spem
que hoīem ab electōe peccati retrahere et
impedire habz a se p cōtemptū remouet ⁊
abijcit nō sperās scz deū pctā debite peni
tenti remittere vel le. peccat p primā spēm
pctī in spm̄ sctm̄ q̄ est despatio. Respectu
vero iusticie ex q̄ cōsurgere debz timor ex
ꝓsideratiōe scz diuine iusticie recte ⁊ rigi-
de pctā punietis. Qui hunc timorē q̄ me
rito hominē ab electōe ⁊ cōtinuatōe pctī
impedire ⁊ retrahere hz. a se p cōtemptū
remouet ⁊ abijcit sperās scilz seu p̄sumēs
gloriā sempiternā sine meritis vel etiā si
ne penitētia adipisci. peccat p scōam spe-
ciē peccati in spm̄ sctm̄ q̄ est p̄sumptō Et
intelligant hec sane iuxta declaratōez sta-
tim tactā. Nam pctm̄ despatiōis ⁊ p̄sum-
ptōis put hic sumit⁹/ nō cōsistit in hoc q̄
q̄s dei misericordiā vel iusticiā nō credat
qz tūc non ptinet ad pctm̄ in spm̄ sctm̄ p
ut hic sumit⁹. sz potiꝰ ptineret ad pctm̄ in
fidelitatis. Sz cōsistit in hoc q̄ ipsa dei
misericordia vel iusticia cōtemnit⁹ seu vi-
lipēdit⁹. ¶ Respectu āt scōi mēbri princi-
palis scilz donoꝝ dei q̄bz hō a peccato re
trahit⁹ ipsa duo principalit⁹ sunt. Primū
est agnitio veritatis fidei q̄ maxime hoīez
habet ab electōe pctī retrahere seu īpedi-
re. quā q̄ a se scient⁹ ⁊ p ꝓtemptū abijcit ve
ritatē. s. agnitā īpugnādo vt licenti⁹ pecca
re valeat. peccat p q̄ntā spēm pctī in spm̄
sctm̄ q̄ est īpugnatio veritatis agnite Alio

donū dei ab electione pctī impediēs seu retrahēs/est auxiliū interioris grē diuinitus collate. cōtra quā ponit sexta species peccati in spm̄sanctū. scz inuidētia fraterne gratie.dū scz aliquis nō solū psone fratris seu primi inuidet.q̄ nimo inuidet etiam gratie dei crescenti ⁊ apparēti in mūdo. ¶ Respectu vero tertij mēbri principalis.i.pctī in se duo sunt principaliter q̄ hominē a peccando impedire seu retrahere possunt ⁊ debēt. Primū est inordinatio. turpitudo ac vilitas actus pctī in se. Cuius debita cōsideratio/solet in homie penitentiā inducere de pctō cōmisso. Et cōtra hoc homo peccat p tertiā spēz pctī in spm̄sanctū scz p impenitētiā. Scōm est puitas ⁊ breuitas boni seu delectationis quā aliq̄s in pctō querit ⁊ inuenit. Cui⁹ ꝓsideratio inducere solet hominē ad hoc q̄ eius volūtas in pctō nō firmet. Et cōtra hoc peccat homo p quartā spēm pctī in spm̄sctm̄ scz p obstinatōem. Et intelligant ista duo sane. nō enī hic sumit impenitētia prout dicit pseuerātiā in peccato mortali vsq̄z ad mortē inclusiue. qz iā nō esset speciale pctm̄.sed q̄dā pctī circūstantia que eēt ⁊ cōtingere posset in q̄libz peccato vt aliqualiter supra in scōa acceptōne pctī in spm̄sctm̄ tactū est. Sz accipit hic impenitētia fm q̄ importat ꝓpositū non penitēdi ⁊ est ꝓprie respectu ꝑteritoꝝ. Similiter obstinatio nō capit hic p pseuerātia seu cōtinuatōne in pctō.sed qñ homo suū ꝓpositū in hoc firmat q̄ vult peccato inherere.⁊ est ꝓprie respectu futuroꝝ. Juxta illō Hieremie.viij. Nullus est q̄ agat penitētiā.i.agere velit sup pctō suo dicēs quid feci q̄ntū ad primū Oēs ꝓuersi sunt ad cursum q̄si equus impetu vadēs ad p̄lium q̄ntū ad scōm. ¶ Est etiā aduertendū q̄ Bernardus in li.de precepto ⁊ dispēsatōne ponit.q̄ nolle obedire/est resistere spūisctō Glosa etiā ordinaria leuitici.vij dic.q̄ simulata penitētia/est blasphemia spūsctī Scisma etiā recte ꝓtra spm̄sctm̄ ꝓmitti videt. nāq̄z p eū ecclia vnit. Que tria non vident sub sex spēb pctī in spm̄sctm̄ supra declaratis comp̄hendi. Sz q̄ bene cōsiderat predicta tria sub ipsis speciebus effectualiter continētur ⁊ comp̄hendūtur.⁊ ad ipsa reduci possunt. Utputa nolle obedire ptinet ⁊ reducit ad obstinatōem. Silī ratio penitētie ptinet ⁊ reducit ad ipenitētiā ⁊ sub ea cōtinet. Scisma ptinet ⁊ reducit ad inuidentiā fraterne gratie.q̄ quam gratiā membra ecclesie vniūt

Quare irremissibile.

¶ Est ē notandū q̄ pctm̄ in spm̄sctm̄ dicit cōiter irremissibile iuxta illud ꝓbū xpi Qui peccauerit in spm̄sctm̄.nō remittet ei in hoc seculo.neq̄z in futuro Qd̄ sic pt intelligi Et fm oēs tres acceptōes peccati in spm̄sctm̄ supra positas Juxta enī scōam acceptōez q̄ est Aug.claꝝ ē q̄ finalis ipenitētia quā ponit pctm̄ ī spm̄sanctū realiter est irremissibile. qz nullo mō remittit. Quō enī remitteret pctm̄ mortale in q̄ vsq̄z ad mortē pseuerat? Nō enī hic ī hac vita cū de eo nulla penitētia habitat facta sit.nec etiā in vita futura. vbi nullo⁹ loc⁹ est misericordie.sed pure iusticie. vbi etiā q̄s meritorie penitere nō pt. Scōm ātem alias duas acceptōes scz ꝑmā ⁊ ꝛtiā dicit etiā pctm̄ ī spm̄sctm̄ irremissibile. Nō qz nullo mō remittit. sed q̄ntū est de se et sui natura/hz meritū nō remissiōis.meretur q̄z q̄ nō remittat. Et hoc duplr. Uno mō q̄ntū ad penam Alio mō q̄ntū ad culpā. Quātū ei ad penā certū est. q̄ q̄ ex ignorātia vel infirmitate peccat minorē penā merēt maiorēq̄z q̄dāmō excusatōez hz vñ ei⁹ pena minui debeat.q̄z q̄ ex certa malicia peccat. Ut grā exēpli.ad ꝓpositū ꝓbi xpi supra iuxta ꝑmā acceptōez pctī in spiritūsctm̄ allegati Judei q̄ blasphemabāt in xpm tāq̄z filiū hoīs/vocādo eū voracē vini potatorē ⁊ pblicanoꝝ amatorē. maiorē excusatōez hre poterāt ꝓpter ifirmitatē carnis quā in ipo xpo aspiciebāt. ⁊ sic minorē circa hoc penā merebāt/ iō dicti sunt a xpo blasphemasse in filiū qd̄ remissibile ē. Sz qñ ipaz diuinitatē q̄ etiā erat in xpo blasphemabāt.curatōz.s.ifirmitatū.eiectōes demonioꝝ. illūiatōes cecoꝝ. ⁊ alioꝝ opa miraculoꝝ que sunt proprie opa diuinitatis. ⁊ nō nisi p spm̄sctm̄ fieri poterant.attribuēdo diabolo.nullā excusatōz hēbāt vñ pena eoꝝ minui mereret. Et iō tūc dicti sunt a xpo blasphemasse ī spm̄sanctū. Qd̄ peccatū ñ fuit ad lrāz cis remissum.neq̄z in hoc seculo neq̄z in futuro.ūmo fm expositōez Crisos.p illo pctō penā passi sunt ⁊ ī pñti vita p Romanos ⁊ in futura vita apd̄ īferos. Quātū āt ad culpā d̄z peccatū ī spiritūsanctū irremis/

sibile ex ipsa dispositōe remittēdi Sicut enī aliqs morbꝰ corpalis fm sui naturaz incurabil' ōr. qñ in se hz illō p qō tollunt ea et qbꝰ morbꝰ curari pt. vtputa qr tollit virtutē nature vel inducit fastidiū cibi et medicine. licet deꝰ sua gratia et miraculo posset illuz morbū curare. ita suo mō iste morbꝰ spūalis q pctm in spm̄sctm̄ ōr fm suā naturā incurabilis ⁊ irremissibilis dicit ex eo scz q de sui natura excludit ⁊ abijcit ab homine illa p q̄ fit peccatoꝝ remissio. Non tm̄ ꝓpter hoc intelligēda est oīno pclusa via sanatōis ⁊ remissiōis. fm oīpotētiā ⁊ misericordiā dei. p quā aliqñ tles q̄si miracl'ose spūalit' sanāt. licz raro ⁊ difficult'. De nullo enī q̄diu durat hec vita despandū ē. ꝓsiderata. s. oīpotētia ⁊ misericordia dei. Sz ꝓsiderata natura ⁊ cōditiōe pctī. aliq filij diffidētie dicūt vt hētur p apl'm ad epl'. v. ¶ Sū t alij alio mō istā irremissibilitatē pctī in spm̄sctm̄ exponētes. sz effectualit' iuxta ea q̄ supra notata sunt. Notāt eī q hoc nomē irremissibile triplicit' sumi pt. Uno mō negatiue scz q nullo mō remitti pt. Et isto mō peccatū angeli ⁊ dānatoꝝ irremissibile dicūt Alio mō puatiue qō scz ex se cōgruētiam nō hz q remitti debeat. licz ex congruētia diuine bonitat̄ remitti possit Et hoc mō omne pctm̄ mortale irremissibile dicunt Tertio mō ꝓrie q. s. ex se iportat ⁊ īcludit dispositōez ꝓriā ad remissionē. Et h̄ mō pctm̄ in spm̄sctm̄ irremissibile dicunt. qr iportat ex se ⁊ includit dispositōez ꝓriantē grē remittēti pctm̄. p despatōz scz vel p̄sumptōez aut alias eiꝰ spēs Et iuxta istū modū ponēdi capiūt etiā nūeꝝ seu sufficientiā ser specieꝝ pctī in spm̄sctm̄ supra enūeratāꝝ. hoc scz mō. In remissiōe eī vt dicūt tria ꝓcurrere hñt videlicz. ipe remittēs. ille cui remittit' ⁊ dispositō remittēdi in eo cui remittit'. In ipo remittente duo sunt. s. mia ⁊ iusticia Cōtra pmū q̄ꝝ peccat' p despatōez. ꝝ scōm p p̄sumptiōez In eo cui remittit' duo eē ꝓuenit scilz dolorē de ꝓmisso. ⁊ ꝓpositū vlterior de nō ꝓmittēdo. Cōtra pmū q̄ꝝ peccat' p obstinatōez. Cōtra scōz p finalē ipenitētiā Dispositō ꝓo remittēdi ī eo cui remittit' duplex ē. s. cognitio veri. ⁊ amor boni Cōtra pmū q̄ rū peccat' p ipugnatōz veritat̄ agnite Cōtra scōm p inuidētiā fraterne grē. Et accipit' hic final' ipenitētia put ī supioribꝰ declaratū ē. nō quidē put iportat ꝓtinuatōnē in pctō vsqꝝ in finē. nā sic in q̄libz peccato mortali ꝓtingere pt. sz negatiue. put scz dicit seu iportat ꝓpositū nō penitendi Et isto mō ē spēs pctī in spm̄sctm̄ ¶ Breuiter vt iā tactū est iste vltimꝰ modꝰ ponēdi in effectu reincidit ī ea q̄ supiꝰ dicta et declarata sunt. Sed iō hic inseri placuit vt legentes cape possint qō eis magis sedebit ⁊ placebit.

De peccato actuali vēiali. Et circa ipz in generali occcurrē. A

Expedita igit'/iuxta ice (tibꝰ. ptū huiꝰ octaui tractatꝰ p̄ñt̄ libelli ordinē/ declaratōe duoꝝ principaliū mēbroꝝ prie diuisiōis pctī supra tacte ⁊ posite/ scz pctī originalis. ⁊ pctī actualis mortalis. Nunc de alio tertō mēbro principali eiusdē diuisionis. s. de pctō actuali veniali/aliq dicēda veniūt. Et prio q̄d sit ⁊ vñ dicat'. Secūdo de diuers' eiꝰ noibꝰ seu appellatōibꝰ. Tertio de aliquibꝰ ipsiꝰ peccati effectibꝰ.

Quid sit peccatuz veniale. et vnde dicatur.

Peccatū veniale fm Aug. est q licet penā mereat. nō tm̄ hoiem vsqꝝ ad reatū ꝓpetue mortis grauat seu obligat. sz facile indulget. ¶ Pro q̄ ad maiorē declaratōez sciēdū est q licet diffinitō Aug. in supioribꝰ pctō mortali attributa. s. qō est dictū vel factū vel ꝓcupitū ꝗ legē dei seu legē eternā. pctō actuali in generali seu tāq̄ generi/ ab aliqbꝰ attribuat. ⁊ sic fm eos posset etiā pctō veniali fm tm̄ maius ⁊ minꝰ ꝓpetere seu ꝓuēire. Scōz tm̄ btūz Tho. pria scōe sue summe. illa diffinitio sic supra pctō mortali attributa. magis ꝓprie ipsi pctō mortali cōuenit. Nā in eo est pfecta rō pctī. quā pro prie dicta diffinitio īportat. Nā vt ōt idē doctor q pctm̄ veniale dicat' pctm̄. hoc solū est fm ipfectā rōem pctī. imo in ordine ac respectu ad pctm̄ mortale pt eo mō peccatū veniale dici pctm̄ sicut accūs ī ordine ac respectu ad subam ōr ens. i. fm ipfectā rōem entis. Pctm̄ enī veniale ex se nō fit seu ꝓmittit' ꝗ legē. Nā hō inq̄ntū venialiter peccās/ñ facit q lex phibz. nec pter mittit illō ad qō lex ex pcepto obligat. qr iā non peccaret venialiter sed mortaliter.

Sed facit pter legē. qz. s. non obfuat modū rationis quē lex intēdit. Et ideo vt dicit idē btūs Tho. diuisio pcti in mortale z veniale. non est diuisio generis in spēs. que eqliter rationē ipsi⁹ generis pticipēt sz solū est diuisio analogi in spēs. s. rationē generis fm pius z posteri⁹ pticipātes. ¶ Pro quo adhuc notādū q̄ duplex ē regula hūane volūtatis Una ppinq̄ q̄ est ipsa hūana rō. Alia est pria regula scz lex eterna q̄ est q̄si rō dei. Et p ꝓpatiōez ad istas regulas sumit z attēdit rectitudo volūtatis. z ois ꝓmēsuratio cuiuscūq̄ act⁹. que talis dz esse. vt volūtas nō decliner a suis extremis. s. a deo pricipio z a deo fine. Ut videlz oia a deo se habere cognoscat et in deū oia referat. aq̄ rectitudie z cōmēsuratōe. tāto efficit peior z deterior. Et hinc (vt tactū est) sumit rō pcti mortalis z pcti venial fm scilz diuersitatē inordinatōis q̄ cōplet rōem peccati. Duplex ei est inordiatio. Una p subtractōem pricipij z finis ordis scz dei Et hec inordinatio facit pctm̄ mortale. qn̄. s. anīa p pctm̄ deordinat vsq̄ ad auersionē ab vltimo fine. q̄ etiā principiū ordis est. z cui p caritatē vniri debem⁹ Alia inordinatio est. q̄ saluato ipso pricipio z fine ordinis. fit inordinatio solū circa ea q̄ sunt circa ipm principiū z finē Et hec inordinatio facit solū pctm̄ veniale. qz tūc anīa non deordinat p pctm̄ vsq̄ ad auersionē ab vltimo fine. q̄ vt iā dictū est etiā ipz pnciplū ipsi⁹ ordis est. Et dat ipe btūs tho. ex m̄ de inordinatōe cōpletiōis q̄ ꝓtingit in aliq̄ aīmali. Nā si illa inordinatio pcedat vsq̄ destructōez vitalis pricipij. tunc seqtur mors. Si vero saluo pricipio vitali/ sit solū quedā inordinatio hūoz tūc solū quedā est egritudo ¶ Dicit ātem pctm̄ veniale a venia. ex quo insurgit q̄ aliq̄ rationē hui⁹ imponētes dicunt. triplici ꝓsideratōe seu respectu/ aliqd pctm̄ dici veniale. s. ex euētu ex cā. ex genere. Ex euētu quidē qz realit veniā ꝓsecutū est Et hinc est qd dicit Amb. q̄ omne pctm̄ intelligendo etiā de mortali/ p penitētiā fit veniale Sz ista cōsideratio seu acceptio pcti venialis larga ē. nec ppositō cepto bn̄ ꝓueniens. Et cā vero. qz illd pctm̄ licet forsan ex suo esse mortale existat. hz tn̄ in se seu ipportat aliqd. vn̄ veniā conseq̄ possit. non quidē ex se simplr sz ex q̄dā cā indirecta: Quia scz hz in se seu ipportat aliqd/ suam culpā diminuēs. vt sunt pctā q̄ infirmitate vel ignorātia cōmittunt respectu eorū q̄ cōmittunt ex ppria malicia. Et ista adhuc cōsideratio seu acceptio non cōgruit nro ppositō. Et genere āt. qz illd pctm̄ de se nō tollit ordinē ad vltimū finē. z sic nō meret penā eternā. Sz qz aliquā inordinationē z obliqtatē a recta regula ipportat meret penā sed tēpalē. vt iā satis supra expositū est. ¶ Et fm istā acceptōem/ intelligunt ea que iā hic de pctō veniali tractata sunt z tractabūt. Nā fm ipam ꝓsideratōem seu acceptiōez/ distinguit z diuidit pctm̄ veniale ꝑ pctm̄ mortale. dū cōit dicit q̄ pctō actualiū/ aliū est mortale aliud veniale. Que differētia seu distinctio inter pctm̄ mortale z veniale/ sumit ex obiecto seu ex pte obiecti. Cū enim vt iā supra aliqliter tactū est. volūtas peccātis fertur in alqd qd fm se repugnat caritati que ē principiū vite spūalis. z p quā homo ordinat ad vltimū finē scz deū. tūc illd peccatū ex suo obiecto seu rōne sui obiecti hz q̄ sit mortale ex genere siue sit ꝑ deū directe. vt puta ꝑ eius ppriā dilectōz z honorē vt sunt infidelitas. hereſ. blasphemia et hmōi. Siue sit ꝑ deum indirecte. vt puta cōtra dilectiōez primi. quā vult z pcepit. sicut homicidiū adulteriū. z sil'ia. Cū vero volūtas peccātis fert in id qd in se continet q̄ndā inordinatōem. que tn̄ nō contrariat dilectioni dei et primi sicut sunt/ verbū ociosum risus supflu⁹. z alia hmōi tūc illud pctm̄ ex suo obiecto seu rōne sui obiecti/ nō hz qd sit mortale ex genere sz solū veniale. Et hoc est idē in effectu cuz illo qd cōiter dr/ q̄ pctm̄ mortale est libido seu voluptas in creatura supra deū. i. plus q̄z deo vel eq̄ vt deo. z veniale est cōplacētia seu voluptas in creatura infra vl citra deū. i. q̄ nō plus q̄z deo nec eq̄ sicut deo. qz scz nō vellet q̄s illi finalr adhere/re. vel propt illd deo displicere. aut scient ꝑ ei⁹ pcepta z mādata q̄cq̄z facere.. Pro āpliori isup tā dicēdoz q̄z etiā iā dictoz z spēaliter supra vbi actū est qn̄ vicia capitalia mortalia z qn̄ venialia existāt. declratōe. est sciēdū. q̄ qz act⁹ morales/ n̄ solū

recipiūt rōem boni et mali ex obiecto seu rōne obiecti. sed etiā ex aliqua dispositōe seu intentōne agētis: qñqz ꝯtingit q̄ ille actus q̄ alias ex suo genere scz rōe sui obiecti/cēt pctm̄ veniale. ex pte dispositiōis ipsius agētis efficit mortale. Uel qz ipse agēs in illo cōstituit suū finē vltimū Uel qz illō ad aliq̄d aliud ordīat qō ex suo genere pctm̄ mortale existit. Utputa gr̄a exempli. Si iuxta supra tacta/aliq̄s de dilectōe alicui⁹ boni ꝯmutabilis/ quā citra deū haberet/intātū trāsiret. q̄ illi tali bono cōmutabili/tanq̄ ibi suū vltimū finē cōstituēs adhereret. iā illō quod alias ex suo genere nō esset nisi veniale pctm̄. ex ipsius agētis dispositiōe seu intentōe fieret mortale. Uel in alio exēplo met supr⁹ posito. vbi q̄s verbū ociosum qō de suo genere nō est nisi veniale/ordinaret ad adulteriū cōmittēdū. tūc verbū ociosum esset pctm̄ mortale. Et ꝓm hoc ꝓprie hūt intelligi illi quatuor modi/q̄bus pctm̄ veniale ōr efficī mortale. supra/vbi de peccato mortali actū est/specificati ¶ Sil'r etiam ex opposito contingere p̄t q̄ ille act⁹ q̄ alias ex suo genere scz rōne sui obiecti esset pctm̄ mortale. ex pte seu dispositiōe agētis fit veniale. ꝓpter hoc scz q̄ act⁹ est īpfectus id est nō pfecte a rōe q̄ est primū actuum moraliū directiuū seu regulatiuū principiū/deliberat⁹. Sicut de subitis seu primis motib⁹ infidelitatis vel blasphemie aliis exēplificari posset. Uel etiā iuxta in supiorib⁹ tacta de inuidia. q̄ ex suo genere/rōneqz sui obiecti est pctm̄ mortale. cū sit dolor ⁊ displicētia de bono alteri⁹ q̄ recte cōtrariat charitati. Si tm̄ in motu īpfecto ⁊ nō plene a rōne deliberato ꝯsistat. manet solū pctm̄ veniale. Et sic de pluribus exēplificari posset de q̄b⁹ magis ī loco iā allegato. vbi qñ vicia capitalia. mortalia vel venialia existāt actū est. ¶ Q̄ aūt tā in supiorib⁹ q̄z in seq̄ntib⁹ vbi de pctō mortali ⁊ de pctō veniali agit/ addit hoc nomē actuale. cū tm̄ plura sunt pctā tam mortalia q̄z venialia. q̄ in non faciēdo seu omittēdo consistūt. q̄ cōiter pctā omissionis appellant. rō principalis fuit/ad clari⁹ denotandā dr̄am inter pctm̄ originale. ⁊ pctm̄ nō originale qō cōiter p actuale ab originali distinguit. qz nō nisi actu ab extra vel ab actu q̄dā interiori volūtatis cōmittit. qō nō sic est in pctō originali. vt sat⁹ in supiorib⁹ declaratū est. ¶ Circa que pctā omissiōis q̄ntū ad pñtē materiā spectat/est aduertēdū q̄ omissio eorū scz ad q̄ hō tenet. quia alias ꝓprie nō esset omissio. aliqñ cōtingere pōt/ ex sola inaduertentia seu obliuiōe. vtputa gr̄a exēpli Cū aliquis hora debita qua tenet ire ad eccl'iam/obliuiscit ire. ⁊ talis omissio nullū vel modicū est pctm̄. qz iā extra actū volūtatis est Adhuc si illa obliuio ex aliqua alia causa vel occasione. siue ꝓpinq̄ siue remota p̄cedente. circa quā hō ꝓuidere poterat ⁊ debebat/cōtingeret/esset maiꝰ peccatū circa illa/q̄z circa īpam omissionē in se. Aliqñ vero cōtingere p̄t omissio ex aliquib⁹ alij⁹ caus⁹ seu occasionib⁹/q̄ tm̄ non sunt in ptāte hoīs. vtputa in exēplo iam cepto. Si aliq̄s ꝓpter grauē infirmitatē/ vel alias contra suā voluntatē detent⁹ seu impedit⁹/nō iret ad eccl'iam hora q̄ tenet ⁊ tūc ipsa omissio nō hz rōem pctī. imo nec ꝓprie in isto casu dz dici omissio. Aliqñ autē cōtingere p̄t omissio ex caus⁹ vel occasionib⁹. que subiacēt volūtati hoīs. ⁊ tūc omissio habet rōem peccati Quia tūc semper oportz q̄ illa causa seu occasio in q̄ntū est voluntaria/habeat aliquē ad minus interiorē actū voluntatis. qō potest cōtingere seu cōsiderari dupl'r. Uno mō qñ ille act⁹ interior volūtatis directe ferr̄ in īpam omissionē. vtputa in exēplo iam tacto. Aliq̄s hora debita q̄ tenet/ omittit ire ad eccl'iam/solū qz vult nō ire vitās laborē vel hmōi. ⁊ tūc talis actus volūtat⁹ ꝓprie ⁊ de p se ptinet ad omissionē Uolūtas etenī cuiuslibet pctī ꝓprie ⁊ de p se ad illud pctm̄ ptinz. eo q̄ volūtariū est de rōne pctī. intātū vt dicat Aug. peccatū adeo volūtariū esse. q̄ si nō sit volūtariū/pctm̄ nō est. Alio modo cōtingere seu cōsiderari p̄t qñ scz ille act⁹ valūtat⁹ ñ ferr̄ directe ī īpam omissionē. sz ferr̄ in aliqō aliō p qō ꝯtigit omissio illi⁹ ad qō q̄s tenet. Et iste vocat act⁹ exterior ⁊ de p accñs. Qō iterū dupl'r considerari p̄t. Quia vel illō in qō sic ferr̄ ipsa volūtas /est ipsi omissioni cōiunctū. vtputa ꝯtinuādo exēplū iā ceptū Aliq̄s omittit ire ad ecclesiā hora debita q̄ tenet quia tūc vult ludere vel bibere. et ludit vel bibit. certū est q̄ ille act⁹ ludēdi vel bibēdi illa hora. est actus cōiunct⁹ illi omissioni. Uel illud in qō voluntas ferr̄ nō est ipsi omissioni ꝯiūctū. sz est p̄cedēs

et remotũ/vtputa Aliquis vult diu vigilare de sero ⁊ vigilat/ ex quo contingit q̃ omittit ire ad ecclesiã hora matutinarũ. certũ est q̃ ipse actus vigilãdi de sero/ nõ est cõiunctꝰ ipsi omissioni. Ex q̃bꝫ ptz q̃ licet ipa pctã omissionis de ꝑ se et simplr ꝓsiderata/ possint esse absq̃ aliquo actu ab extra. respectu tñ actũ tã interiorꝫ ipsius volũtatis ⁊ de ꝑ se/ q̃ꝫ exteriorꝫ ⁊ de ꝑ accñs nõ sunt sine aliquo actu. Et exinde actualia dici pñt. ¶ Per iam hic tacta ꝑt quisq̃ apud se ꝓpẽdere/ qñ pctã omissionis sunt mortalia vel venialia. vel grauia vel leuia. ꝓsideratis scz obligatõe q̃ quis ad aliq̃d faciendũ tenet. et necessitate vel vtilitate illius ad qõ sic tenet. et caus seu occasionib ex quibus omissio contingit

De natura primorum motuũ ⁊ quando peccata existant.

Q Via vero omne pctm̃ actuale siue mortale siue vẽiale/ cõiter a primis motib ortũ habz. immo ipsi primi motus int pctã venialia cõputant. In omni enĩ tentatõe est cõiter iste successus. q̃ prio insurgit ꝑmus motꝰ. quẽ seq̃t delectatio. ⁊ exiñ consensus. Ordo enĩ tentatiõis hic cõiter est q̃ ꝑ tria successiue in pctm̃ inducimur. s. suggestiõe. delectatõe. ꝓsensu. ita q̃ ꝑ suggestionẽ que siue ab extra. vt a diabolo ⁊ mũdo. cuiusmodi tentatio nõ est pctm̃ sz materia exercẽde virtutis. sine ab itra vt a fomite. q̃ nobis inest/ ꝓcedat/ excitat primus motꝰ. ⁊ ibi tentatio inchoat. ꝑ delectatõz ꝓgredit. ⁊ ꝑ ꝓsensum ꝓsummat. q̃ tñ ꝓsummatio itelligat de ꝓsensu in actũ nã aliquẽ est repire ꝓsensum in delectatõnẽ/ in quo licz ꝓsistat pctm̃. nõ tñ ibi prope dr tẽtatio ꝓsummari. vt latꝰ infra declarabit. Ideo ꝑ clariori intellectu tã iam dictorꝫ q̃ꝫ etiã dicendorũ (venit aliq̃d de ipsis ꝑmis motib delectatõe ⁊ ꝓsensu/ in generali tãgendũ. ¶ Pro quo sciendũ q̃ anima sensibilis duplicẽ habet potentiã Unã apprehensiuã. aliã motiuã. Apprehensiua itꝫ diuidit in apprehensiuã de foris. ⁊ in apprehẽsiuã de intus seu ab intra. ¶ Vires apprehẽsiue de foris seu ab extra sunt quinq̃ sensus ꝑticulares siue exteriores. s. visus auditus. gustus. odoratus tactus. Et sunt vires apprehẽsiue passiue. qr sensatio fit in ipsis sensib/ ab intra suscipiẽdo ⁊ nõ ab extra mittendo. Et sunt isti sensus/ solũ ꝓceptibiles rerũ singulariũ. ⁊ nõ vniuersaliũ. Et hñt oẽs vnam originẽ/ a sensu cõi. a quo veluti linea a centro excũt. Et ad causandũ in eis debitã sensificatõem/ quatuor oportet cõcurrere. s. obiectũ pñs. mediũ deferens. et dispositũ organũ cõueniẽs ⁊ sanũ. ⁊ actualem aĩe intentõem Et in multis cõueniunt ⁊ differũt adinuicẽ. q̃ pro materia ꝑsenti nõ est necessariũ exp̃mere. ¶ Vires autẽ apprehẽsiue ab intus/ sunt q̃nq̃ potẽtie interiores anie sensibilis. q̃ sunt sensus cõis. imaginatio. estimatio. fantasia. ⁊ memoria. Et sunt etiã oẽs iste q̃nq̃ potẽtie passiue. quia ab int suscipiẽdo apphendũt ⁊ patiunt a formis rꝝ singularium. Et sunt etiã circa ꝑticlaria tm̃ ¶ Et est sensus cõis potẽtia que oim sensuum ꝑticulariũ obiecta apprehẽdit. Nam aliꝫ sensus similitudines suorꝫ sensatorꝫ ad sensum cõez reducũt. quo mediãte. de singulorum ꝓprietatib iudicãt ⁊ discernũt. Quia ꝓm iudiciũ sensus cõis/ apprehendimꝰ nos videre qñ videmꝰ. ⁊ audire qñ audimꝰ. ⁊ sic de alijs ¶ Virtus autẽ imaginatiua/ est potẽtia apphẽsiua. in q̃ imaginatões rꝝ sensibiliũ reseruant. Ista virtꝰ plus abstrahit q̃ꝫ sensus. qm̃ sensus non accipit formã rei nisi ipsa re pñte. Imaginatio vero formam rei reseruat. re etiã ipa absente Et in ꝗ differt a sensu cõi qr sensus cõis indiget pñtia rei exterior. sicut sensus ꝑticular. imaginatio ꝛo nõ Ista virtꝰ vocat thesaurꝰ formarꝫ. qm̃ sicẽ dictũ est dictũ est forme rꝝ a ꝑticularib sensib recepte in ea retinẽt ⁊ seruant. Et de istis duab potẽtijs sufficiãt que dicta sunt summati/ ꝑ intellectu dicendorꝫ retigisse. Qui ampliora ⁊ etiã de alijs tribus potẽtijs q̃sierit/ ad philosophũ recurrat.

De vi sensibili motiua spiritualiter.

Ris sensibilis motiua/ q̃ndoq̃ꝫ mouet spũalr. qñz corpalr Qñ mouet spũalr/ dr appetitiua. q̃ etiã duplr mouet. s. aut diligẽdo aut odiẽdo. Juxta q̃ diuidit in cõcupiscibilẽ. ⁊ irascibilẽ. ꝑ q̃s aĩa appetit bonũ vel insurgit cõtra malũ. Et exiñ oriunt q̃tuor affectões. s. gaudiũ spes dolor. timor. De sensualitate. Sensualitas etiã est vis aĩe

sensibilis motiua. ⁊ ad idē mouet ad qd̄ vis cōcupiscibilis ⁊ irascibilis. sz ab eis differt. ¶ Prio qz sp appetit q̄ delectabilia sunt corpi. ⁊ q̄ ei nociua sunt refugit. Concupiscibilis vero ⁊ irascibilis/ bene versant̄ ⁊ mouēt. etiā circa bonū vel malū nō delectabile nec nociuū corpi. Secundo qz sensualitas/ magis corpi cōiungit̄. estq̄ magis ad carnem depssa Et sicut in brutis ita in hoīe/ suo ꝓprio motu mouet̄ nec aliq̄ lege stringit̄. quin sp in appetitu rex ad corpꝰ ptinētiū/ mouea. ¶ Mobilius tm̄ est in hoīe q̄z in brutis qz in hoīe ei cōuenit aliq̄liter subiectā esse ⁊ obediētē voluntati ⁊ rōni. Sed cōcupiscibilis ⁊ irascibilis/ cōiungūt̄ rōni. ⁊ put sunt in homine rōne frenant̄ ac regūt̄ virtutib q̄ in ipsis fundāt̄. vt tpantia q̄ est in ꝛcupiscibili. ⁊ fortitudīe q̄ est in irascibili. ¶ Vis sensibilis motiua/ mouēs corpalit̄. diuidit̄ in virtutē naturalē. in vitalē. in aīalez ¶ Prima scz naturalis motiua est humox mediātib arterijs q̄ radicātur in epate. ⁊ hoc p spm̄ naturalē. Scōa scz vitalis/ est motiua pulsuū mediātib arterijs. q̄ radicant̄ in corde. ⁊ hoc p spm̄ vitalē. Tertia scilz aīalis est motiua mēbrox mediātib neruis. q̄ radicant̄ in capite. ⁊ hoc p spm̄ aīalē. Et fm istox diuersitatē vt videt̄ dicit̄ spūs naturalis vitalis. ⁊ aīalis. qui tm̄ vnꝰ ⁊ idē est i suba. licz fm cōpatōez dictorum motuū/ diuersificet̄ in ratione.

De aliquibus potentijs anime rationalis.

Et insup sciendū q̄ quātū ad pñtem materiā spectat ⁊ sufficit/ potētie aīe rōnalis fm phz principalit̄ seu primaria diuisiōe diuidūtur in cognitiuā quā theologi intellectū vocant. ⁊ ī motiuā quā theologi affectū noīant. Tūc enī potētia aīe/ intellectꝰ ōr/ qm̄ est apprehēsiua. Et volūtas ōr qm̄ est motiua. ¶ Itē sciendū q̄ aīa q̄sdā vires hz/ separatas a corpe. ⁊ fm q̄s nō innititur corpi. licz eis vtat̄ vtēte corpe. vt sunt velle ⁊ intelligere. Quasdā vero hz insepabiles a corpe maxime respectu hoīs q̄ntum ad opatōem. qz scz aīa extra corpus/ eax opatōem exercere nō ptvt sunt vires sensibiles de q̄b supra Habz etiā aliq̄s quo ad se dūtaxat vt sunt rō. volūtas. libex arbitriū. Aliq̄s vero hz q̄b corpi pmiscet̄. vt sunt vis naturalis. vitalis. ⁊ aīalis. de quibus supra tactum est.

Vis motiue anime rationalis diuiditur.

Et insuper sciendū. q̄ vis motiua aīe rōnalis/ diuidit̄ p impatiuā/ in consiliatricē/ in affectiuā/ ⁊ in cōsiliatricē ⁊ affectiuā sil̄. ¶ Prima est libex arbitriū ⁊ sinderisis. scōa est rō. tertia est volūtas. q̄rta ōr ipse intellectus practicus. De tribus primis solū exigit materia presens facere mentionē

De libero arbitrio

Libex arbitriū fm Augu. ōr facultas rōis ⁊ volūtatis. q̄ eligitur bonū gratia exīstēte ⁊ malum gratia desistēte. In q̄ diffinitōne/ ponit̄ rō vt cōsiliariꝰ. ⁊ volūtas vt impans. Rō enī dicit aliq̄d eē bonū vel malū. ⁊ volūtas facere vel nō facere īpat. Et q̄ etiā diffinitōe ac etiā ipsa liberi arbitrij denoīatōe/ clax est q̄ libex arbitriū/ rōez ⁊ volūtatē comphēdit. Arbitriū est ipsiꝰ rōis. libertas āt est ipsiꝰ volūtatis. ¶ Est tm̄ circa hoc aduertendū q̄ libex arbitriū duplicit̄ considerari pt. Uno mō simplr fm se ⁊ suā eēntiā. ⁊ tūc libex arbitriū/ nihil addit supra rōem ⁊ voluntatē. Et isto mō ꝛsiderādo/ nō ꝓprie sibi cōpeteret diffinitio supra posita. nec ꝓprie tūc deberet dici vis aīe rōnalis īpatiua Alio mō pōt cōsiderari fm q̄d ⁊ fm q̄ndā relatiōem. et tūc aliq̄ mō addit vltra rōem ⁊ voluntatē nō q̄dē q̄ in rōe ⁊ volūtate ponat aliquā nouā q̄litatē esse. sz solū q̄ndā liberā ⁊ naturalē aptitudinē ⁊ facultatē concurrētie rōnis ⁊ volūtatis ad aliquē actū. ⁊ tūc ꝓprie sibi cōpetit diffinitio pdicta. q̄ scz ē facultas siue ꝛsensus volūtatis ⁊ rōnis. Et īportat seu dicit illa facultas/ q̄dam dominiū ad aliq̄d disponendū ⁊ faciēdū q̄d nō est rōis tm̄ nec voluntatis tm̄. nisi alia cōcomitāte ⁊ cōtradicēte. Sicut per q̄dam exēplū. ex cōcursu virtutis manꝰ ⁊ virtutis oculi/ resultat potestas scribēdi. ad q̄d tm̄ altera īpax virtutū p se nō sufficeret. Sic ex cōcursu rōis ⁊ volūtatis/ resultat q̄dā libertas/ siue quoddā dñium ad aliq̄d disponēdū ⁊ faciēdū. ad q̄d altera īpax p se nō sufficeret. Et istud propē dicitur libex arbitriū. ⁊ tunc ꝓprie ōr vis

motiua aīe rationalis impatiua (est

De sinderisi quid

Sinderisis/ est vis motiua seu potētia naturalis aīe rational/ que sp nata est figi in supiorib/ naturalit mouēs ⁊ stimulans ad bonū ⁊ abhorrēs malū. ⁊ in istis nunq̄ est errās. nec fm sinderisim est peccare Et dicūt aliq̄ sinderisim eē ꝓsciaz vel conscie iudiciū. Et dicit etiā vis impatiua qz sp de se ipat ⁊ inclinat ad bonū.

De rōne quid est

Ratio dicit ipsa vis motiua aīe rōnalis ꝓsiliatrix ⁊ discernit cōferēdo int bonū ⁊ malū. ⁊ inter bonū ⁊ melī. cōpando sczvnū ad altez Et ōr simul cognitiua ⁊ motiua Cū enī iudicat aliq̄d eē bonū vel malū ⁊ ibi sistit. tūc dicit cognitiua. Si vero vlterī pcedat iudicādo aliq̄d bonū vt sczfiat. vl malū vt euitet/ tūc ōr eē motiua Si vero adhuc amplī pcedat ⁊ nō solū iudicat aliq̄d eē bonū vt fiat. sz cū hoc etiā illud fieri appetat. tūc iā trāsit in libez arbitriū/ qō cōprehēdit rōem ⁊ volūtatē. vt supra dictū est. ¶ Nec vis aīe. s. rō diuidit in ptē supiorē ⁊ in ptē inferiorē Pars supior/ cōiter rō supior noiat. Et ps inferior rō inferior. Et licz iste due ptes idem sint in re ⁊ eēntia. diuersificant tn fm rōz suaz opationū seu officiorz ac etiā suarū dispositionū. sicut diceret de eodē oculo nūc sursum nūc deorsuz aspiciēte. Supior enī ps rōis seu supior rō diuinis ⁊ eternis intēdit. inferior vero de trāsitoriis iudicat ⁊ ea disponit. Itē supior ps rōis innitit ⁊ rōcinat p leges seu p rōes diuinas ⁊ eternas. vtputa hoc est faciēdū vel nō faciēdū qz de pcipit vel phibet. Nec hz motū circa res trāsitorias ⁊ tpales/ nisi inqn tū ad eas p modū ꝓsilij rōes eternas ⁊ diuinas deducit. Inferior vero ps innitit ⁊ rōcinat p leges ⁊ rōnes hūanas. vtputa tale q̄d faciendū est vel nō faciēdū. qz honestū vel inhonestū est. Vel qz rei publice expedit vel nō expedit. Itē supior ps regit ⁊ hinc vocat supior inferior vero regitur ⁊ hinc vocat inferior. Sup ps ꝓpat hoī ade. ⁊ sibi cōiter attribuit ꝓsensus. qz dū rō ad supiora ꝓuertit/ purgat ⁊ illūiatur. dūq̄z rōes et'nas cōspicit/ in bono fortificat ⁊ vigorat Inferior vo ps ꝓpat mulieri eue. qz dū rō ad hec īferiora ꝓuertit/ ⁊ circa res corpales versat. iā p sensualitatē cui ꝓiūcta est/ molliri incipit ⁊ sepe ab eis allicit ⁊ trahit. Videt enim sibi sp pomū porrigi. i. illecebrā/ q̄ est carnalis concupiscentia ⁊ delectatio/ vicinam habet.

De voluntate et quadam eius diuisione.

Voluntas ōr vis affectiua motiua. imo int motiuas pcipua. cū sit generalis motrix oīm viriū. Cū enī intellect apphendit aliq̄d vt bonū/ vel vt ꝓueniēs. volūtas viribz affixis ipsis organis sensuū/ impat. sicut est visui ad videndū. auditui ad audiēdū. et sic de alijs sensibz Sil'r in motu localiv volūtas impat ꝓtuti aīali motiue mēbrorz. ⁊ ꝓtuti q̄ est in neruis. ⁊ ita mouet ad ambulādū ⁊ currēdū ⁊ hmōi silia ¶ Int potētias aīe nulla est liberior. qz nec obligatur organo. nec cogit obiecto ꝓpter qō dicit Aug. q nihil adeo in nr̄a ptāte est/ sic volūtas. Et diuidit in voluntatē naturalē ⁊ in deliberatiuā Pria scz naturalis dirigit p sinderisim. Scda vero. s. deliberatiua dirigit p rōem. Et sunt idē in eēntia sed differūt in modo appetēdi seu volēdi Naturalis ei sp inclinat ⁊ instigat ad bonū honestū. ⁊ remurmurat ꝗ malū. qz cuz p sinderesim dirigat. immutabil'r appetitus ei ad brītudinē inclinat. ¶ Deliberatiua ꝓo p rōis deliberatōez/ aliqñ adheret bono aliqñ malo. ⁊ put appetit facere hoc vel illō/ ōr deliberatiua. Et fm iudiciū rōis p quā dirigit pt ad malū inclīari qz sepe ꝓtigit rōez in deliberādo deficere

In primi mot sint peccata ⁊ que.

Stis sic pīsuppositis vidēdū nunc occurrit de ipsis pmis motib an. s. sint pctā ⁊ que. Qō in effectu est q̄rere. an in sensualitate possit esse pctm̄/ cuz ipsa sensualitas hmōi motuū prīcipiū sit ⁊ subiectū. Circa qō varij sunt modi dicēdi. sed q̄ntū ad hūc tractatū sufficit/ tāget cōior Pro cui declaratōe est adhuc vltra supī notata sciēdū. q sensualitas in hoc ꝓposito dupl'r ꝓsiderari pt. Uno mō in se et simpl'r. ⁊ isto mō sensualitas in furiosis ⁊ infantib sicut ⁊ in alijs hoīb eē ōr. im/

mo isto mõ ꝓsiderãdo/ĩ ea(vt dicit Aug. vtq̃ supra tactũ est)cũ brutis cõicamus. Et isto mõ accipiẽdo/in sensualitate nullo mõ ꝑt eẽ ꝑctm̃. Alio mõ ꝑt sensualitas considerari nõ ĩa simplr. sz q̃dãmõ respectiue/put scz est q̃dãmõ ad rõem ordinabilis ⁊ ab ea ꝓsuasibilis Et isto mõ considerãdo. qñ ꝓtigit sensualitatẽ ad illicitũ moueri/⁊ sic q̃dãmõ a regula iusticie deordinari/talis eiꝰ deordinatio/hz rõz peccati. inq̃ntũ tm̃ ꝑctm̃ dicit ⁊ ĩportat q̃ndãrõez vicij q̃ndãq̃z deordinatiõez/q̃ ꝑt esse via ad opꝰ phibitũ ⁊ vitupio dignũ. Nõ tm̃ inq̃ntũ ꝑctm̃ dicẽ culpã. qz actus vicious/ea sola rõe ꝺr culpa q̃ est a voluntate Et iuxta hũc duplicẽ modũ ꝓsiderãdi verificat illõ qꝺ a nonnullis dicit. q̃ est aliq̃s actꝰ ꝓprius sensualitatis simplr ꝓsiderate/q̃ nõ est ꝓpriꝰ actꝰ sensualitatis inq̃ntũ hũana ¶ Est etiã sciẽdũ q̃ vt ex supra tactis satis elici ꝑt/triplex in aia q̃ntũ ad hanc materiã spectat/repitur eẽ motꝰ seu appetitꝰ. s. naturalis. sensitiuus. rõnalis. Motꝰ ãt aie put hic accipitur/nihil aliꝰ est/q̃z aie incliatio in aliq̃d. ⁊ iõ illis anie viribꝫ seu potẽtijs/q̃bꝫ incliatio nõ cõuenit/ñ attribuitur ꝓprie motꝰ Incliatio ãt est in appetitu/q̃ mouet ĩ aliq̃d agẽdũ vel hñdũ. ⁊ iõ actꝰ appetitiuꝰ vtutũ. aie mõtus ꝓprie vocãtur. ñ ãt actꝰ vtutũ apphensiuꝰ. ¶ Motꝰ seu appetitꝰ naturalis est quẽ ñ imaginatio gignit seu causat. sz ipsa q̃litatũ naturaliũ dispositio q̃bꝫ naturales aievires/suas actões exercẽt Occurritq̃z iste motꝰ repẽte ⁊ q̃si subito. vt eẽt dare ecm̃ in repẽtino motu seu appetitu cibi. vel alteriꝰ delectabilis. Hic motꝰ ĩ nullo rõni subiacet. nec obedit. sz nec voluntas sup eo ꝓcũq̃z hz dominiũ. cũ naturalis sit. ⁊ sit extra genꝰ moris seu morale. et iõ nec in eo ꝑctm̃ eẽ ꝑt. Et licz effectualit in sensualitate sit/prio mõ cõsiderata. nõ tm̃ cõiter noiatur motꝰ sensualitatis. sz motus naturalis ex eo qz(vt tactũ est)ad naturaliũ q̃litatũ actionẽ conseq̃tur Et vocatur iste motꝰ ab aliq̃bꝫ prio ꝑmꝰ motus ¶ Motꝰ ãt seu appetitꝰ sensitiuꝰ est/q̃ ex ꝑcedẽti imaginatõe/vel ꝑcedẽti motu naturali conseq̃tur. ⁊ vocatur iste motꝰ scõo ꝑmꝰ. qz est ille motꝰ/q̃ prio pꝰ motũ naturalẽ/ de q̃ statũ supra/ isurgit seu occurrit Et attribuitur iste motꝰ sensualitati scõo mõ considerate. inq̃ntũ. s. hũana ⁊ ad rõz ordinabilis Et isto mõ sumẽdo sic describitur. primꝰ motus est motꝰ sensualitatis ꝓm impulsum fomitis. tendẽs ĩpetuose ad fruitionem creature delectabilis Huiusmodi ꝑmi motꝰ sensualitatis/ q̃dãmodo ĩ nr̃a ptãte sunt. ⁊ q̃dãmodo ñ. Si enĩ q̃libet eoꝝ/singillatim ꝓsiderẽt. sic ĩ ptãte nostra sunt. qz quẽlibet eoꝝ possumꝰ ꝓuidẽdo declinare ⁊ ĩpedire ne insurgat. Si aũt oẽs simul considerẽtur. ñ sunt ĩ ptãte nostra. qz licz ĩpedire possumꝰ ne iste vel ille insurgat/ non ẽ tm̃ in ptãte nr̃a facere q̃n aliq̃s isurgat. immo dũ vni obuiare nitimur/ex altera pte ꝑt aliꝰ motꝰ surrepe. Nõ enĩ ꝑt eẽ simul intẽtio volũtatis retinẽtis ꝯ diuersa ĩ actu Ut dari ꝑt exẽplũ de nauta qui singula foramia sue nauis obstruere ꝑt ne q̃ illa aq̃ intret. Sz nõ ꝑt oia simul obstruere vt aq̃ nusq̃z intret. Et ratio est qz huiusmodi ꝑmi motꝰ sensualitatis sicut sunt pctã. ita sunt pena pctĩ. s. originalis. ⁊ ideo merito dicũtur venialia. qz hoc ipo venia digna sunt. ¶ De tertio motu seu appetitu scilz rationali dicetur infra/ vbi de delctãtione ⁊ ꝓsensu tãgetur ¶ Est insuper notãdũ. q̃ triplex ĩ respectũ ad ipsam volũtatẽ reperitur dr̃na actuũ. ⁊ itellige siue intio ꝝ siue extio ꝝ. vt eẽ motꝰ interiores comphẽdãtur ¶ Aliq̃ eĩ sunt super q̃bꝫ ipa volũtas nullũ hz dñiũ. neq̃z completũ neq̃z ĩcompletũ. imo q̃netiã eos singillatim considerãdo. nullo modo sunt in ptãte nr̃a. vt sunt actꝰ q̃s volũtas ñ soluz non ĩperat. sz nec ĩpedire aut repmere ꝑt. vt sunt primi motꝰ naturales. de quibꝫ supra. Et ĩ talibꝫ nullũ est pctm̃. nec vẽiale. nec mortale. Et ratio ẽ. qz nullꝰ actꝰ/ ponitur ĩ genere morꝭ seu moralis. nisi habita consideratione ad volũtatẽ q̃ est principiũ omniũ actuũ moraliũ. Et hinc est/q̃ ibi dicitur genꝰ moris incipere. vbi primo dñiũ volũtatis inuenitur. ¶ Alij sunt actꝰ in q̃bus voluntas dominiũ quoddã habet/ non quidẽ completũ ⁊ perfectũ sz incompletũ ⁊ imperfectũ. vt sunt actus q̃ non per imperiũ ipsius rationis pcedũt. sed tamẽ potest eos voluntas si voluerit impedire et reprimere. non quidẽ ne insurgant. sed ne vlterius vsq̃z scilicz ad delectationẽ ⁊ consensum procedant. quales sunt actꝰ qui precedũt apprehẽsionẽ rationis. Et istoꝝ actuũ dicit volũtas cãnõ q̃dẽ de q̃ se. qz nõ impat. sed de q̃ acci/

S

dens. qz non impedit cū impedire possit
Et isto modo dicit volūtas causa primo
rū motuū. Et in talibus si deordinatō cō
tingat. rōem pcti habet. nō q̄dem peccati
pfecti ⁊ cōpleti. vt est pctm̄ mortale. sz tā
tum incōpleti ⁊ impfecti q̄le est pctm̄ ve
niale. ¶ Alij sunt actꝰ in quibꝫ voluntas
cōpletuz ⁊ plenū habet dominiū. vt sunt
actus q̄ ex eiꝰ impio pcedūt. ⁊ q̄ non solū
apprehēsionē. sed etiā deliberatōem rōis
sequūt. Et in istis cōsistūt actus virtutis
vel peccati mortalis. nisi ex electōe proce
dat. Electio āt nō nisi ex impio volūtatꝭ
pgredit. Et ideo nō pt esse virtꝰ vel pctm̄
mortale: nisi in illis actibꝫ q̄ ex impio vo
lūtatis pcedūt. Et hmōi actuū dicit volū
tas eē causa de p se ⁊ simplr. qz vt tactū est
ipsos impat. Et de istis actibꝫ latior in se
quētibꝫ venit faciēdus sermo. Et fm hāc
distinctiōez intelligi ⁊ accipi debz/ dū scri
ptū repitur q̄ omne pctm̄ est in voluntate.
nō enī est intelligendū q̄ sit in voluntate
tanq̄ in subiecto. sed tanq̄ in causa vt ta
ctū est de p se ⁊ simplr vel de p accīs ¶ Ex
T precedētibꝫ clare liq̄re pt/ qn̄ p̄mi motus
seu motus sensualitatis pctā sunt. ⁊ que.
¶ Motus enī seu appetitꝰ naturalis/ q̄
dicit prio primus/ nullo mō est pctm̄. qz
vt satis supra declaratū est. volūtas nul
lū sup eū dominiū habet. neq̄ cōpletum
neq̄ incōpletū. nec est ī ptāte nr̄a ¶ Mo
tus seu appetitus sensitiuꝰ q̄ scdo p̄mꝰ dr
⁊ pprie sensualitati attribuit. cū talis mo
tus vt tactū est/ ipsa sensualitas sit prici
piū ⁊ subiectū. pctm̄ est sz veniale. Pctm̄
quidē tū pter q̄ndā inordinatōez quan
dāq̄ delectatōez annexā q̄ in eo est. tū qz
quodāmō volūtariꝰ est. nō quidē fm se. sz
qz a volūtate q̄ sup eo dominiū licet incō
pletū habz. ⁊ q̄ sp fm iudiciū rōis moue
ri debz. ip̄m dū pnitit/ nō stati rep̄mit Vl
sez inq̄ntū pt impediēdo. vel nō cōsenti
re deliberādo. vel cogitationē in aliud di
uertendo. Veniale q̄dē. qz illō dominiū
qō sic sup hmōi primū sensualitatis mo
vicin⁹ suus erat vel alias sibi gratus. Si supaccedat isti vel subsequat intentõ q̃ illum florenũ voluerit dedisse ob dei reuerẽtiam ⁊ honorẽ/ista intẽtio sic subsequẽs seu supaccedẽs/nullo mõ quoad meritu⁊ potest ex seipsa illũ actũ sc⁊ illã dationẽ illius floreni informare. q̃ sc⁊ eã meritoriã faciat. q⁊ iã illa datio añ accessum isti⁹ supueniẽtis intentõis/trãsijt. nec est amplius inesse sicut nec p̃t informari. Nec etiã respectu eius posset act⁹ interior volũtatis cũ ista subsequẽti ⁊ supueniẽti intentione reiterari. De actu vero cõposito similiter exẽplificari p̃t de illo q̃ de deo nihil tũc. nec p̃ antea respectu hui⁹ cogitãs. nec tũc quicq̃ in deũ deflectẽs seu referẽs iuerit de roma in hirl'm. Si enĩ talis/cõpleto dicto suo viagio/ velit illud in deũ referre intẽtõnecq̃ dei honoris fecisse. ista intentio supueniẽs/nullo mõ p̃t illũ actũ sic cõpletũ sc⁊ illud viagiũ quoad meritũ informare. Nec etiã posset actus interior ipius volũtatis respectu eius cũ illa subsequẽti ⁊ supaccedẽti intentõe reiterari iuxta quod satis declaratũ est. ¶ Actus ꝓ scõe qualitatis q̃ sc⁊ sunt adhuc in fieri. i. iam incepti ⁊ nõdũ completi. qõ sic notãter dicit. Eteni. nondũ incepti essent. intentio tunc supueniẽs nõ posset respectu eoꝝ dici subsequẽs. seu post accedẽs. si etiam ꝓpleti essent iã supra declaratũ est. q̃d talis intentio oparetur. Hmõi igit actus prout in seipsi in suoq̃ esse totali considerant/ intentio subsequẽs seu supaccedẽs potest ex seipsa q̃ad meritũ vel demeritu⁊ fm q̃d informare. ⁊ fm q̃d etiã nõ iformabit. Secũdũ q̃d enĩ nõ informabit. q⁊. s. ps illius act⁹ si sit actus de se simplex. oẽs etiã alij singulares act⁹ ex quib⁹ vna cum alijs ille totalis act⁹ subsistit ⁊ cõstat si sit actus cõposit⁹ q̃ dictã intentõe⁊ sic subsequentẽ ⁊ supaccedentẽ precesserint. nullo modo q̃ad meritũ vel demeritũ poterant ab ea informari Scõm q̃d autẽ informare poterit. q⁊ illũ totalẽ actũ in se. necnon p̃tem de eo restantẽ si sit actus simplex. ac oẽs etiã alios singulares act⁹ ex q̃b⁹ ille totalis actus subsistit ⁊ cõstat si sit act⁹ compositus/illã supaccedentẽ ⁊ supuenientẽ intẽtionẽ subsequẽtes/meritorios vel demeritorios efficeret Ut grã exẽpli. ⁊ prio de actib⁹ simplicib⁹. Vult aliq̃s ⁊ disponit celebrare missam. tũc nec p̃ antea respectu huius celebratõis consideratõem seu relatiõem in deũ habens. sed vel forsan p̃ pudore vitando. vel alia causa. Celebrat iste vsq̃ ad epl'am. postmodũ vanitatem suam cõsiderans/compũgitur ⁊ intentõnem suã respectu huius celebratõis in deum referre incipit. sic sc⁊ q̃ intẽtiõe honoris ⁊ reuerẽtie dei celebrare vult. Ista intentio supueniẽs ⁊ supaccedẽs/ istũ actũ simplicẽ qui est adhuc in fieri/ fm q̃d informabit. q⁊ sc⁊ ipꝝ in se necnõ partẽ que de eo post illã intentõẽ⁊ supuenientẽ agẽda restabat. ac etiã omnes alios singulares actus ex quib⁹ ipse totalis actus subsistit ⁊ cõstat. meritorios efficiet. ⁊ maxime. q⁊ etiã respectu eoꝝ/actus iterior voluntatis cũ illa supaccedẽti intentiõe reiteratur⁹ est. fm quid etiã ista intẽtio istũ celebratiõis misse actũ nõ informabit. q⁊ p̃tem que de eo añ accessu⁊ dicte supuenientis intentiõis acta erat sc⁊ oĩa añ epl'a⁊ dicta. nullo mõ iformabit. nec meritoria efficiet. q⁊ iam nõ sunt in se nec etiã respectu eoꝝ potest actus interior ipius volũtatis cũ illa supueniẽti ⁊ accedẽti intentõne reiterari De actibus ꝓ cõpositis põt similit exẽplificari. ⁊ primo de actu cõposito/q̃ad longũ ⁊ ad diuersa tempa tractũ seu successum. iuxta exẽplũ iam supi⁹ positum. de illo q̃ causa societatis vel alia vadit de roma in hirl'm. pactaq̃ q̃rta ⁊ q̃nta p̃te itineris/ mutat intentiõem ⁊ ꝓpositũ ⁊ in deum reflectit. ista intẽtio sic supaccedens ⁊ supueniẽs/istũ totalẽ actum quoad q̃d informabit. sc⁊ quo ad totalẽ actũ in se. ⁊ quoad oĩa que de eo post accessum dicte intentiõis agenda restabãt. vtputa reliquũ itineris. labores picula⁊ expẽsas quas amodo sustinebit ⁊ faciet. q̃s meritorios efficiet. Quoad q̃d etiã non informabit. q⁊ sc⁊ illã p̃tem itineris ante facti labores q̃ picula⁊ expensas p̃ prius habitos ⁊ factos/ nullo modo p̃t ex se meritorios efficere vt iã statim de celebrãte missam declaratũ est. Potest etiã sp̃ ad maiorem declaratiõem/de actu ex diuersis singularib⁹ actib⁹ cõposito/similit. exẽplificari de p̃ pauper. q̃ sola causa victus lautioris hñda/vel alia nõ de se meritoria. ĩtrat religionẽ. ⁊ ibi sub tali intẽtõe aliquãdiu vtputa quatuor aut quinq̃ annis viuit. plures q̃ act⁹ ad regulã p̃tinẽtes/ nõ mutata p̃ria cã seu p̃rio ꝓposito sui ĩgressus/

facit ⁊ exequit. Cognoscit iste defectū suum. cōpunctusq; ꝓpositū ⁊ intētionē suā mutat. omniaq; in deū referre incipit. ⁊ intentōe deo seruiendi ⁊ ad regulā suā amodo in dicta religiōe vult viuere. Ista subsequēs supaccedēsq; intentō/ istū actum viuendi in religiōe fm quid informabit. quia scz quo ad ipm actū in se ac etiā omnes alios singulares actus. qui post illaz supaccedentē intentōem fient. qz eos meritorios. ⁊ istum vere religiosum q̄ prius nō erat/ efficiet. Quo ad quid etiā non informabit. quia oēs alios singulares actꝰ precedētes. meritorios efficere nō potest. Nec etiā respectu eoꝝ. cum transacti sint potest actus interior volūtatis cum ista supaccedēti intentōe reiterari. Et ad istō ꝓpositū respectu scz istoꝝ actuū qui sic infieri existūt ⁊ intentōis supaccedentis/ satis pertinere videt illud beati Gregorij in omelia. Restat vt quisq; ille est q̄ ad supnam patriā tēdit/ nequaq̄ se a vicijs pro mundi huius honestate cōtineat. Qui ⁊ si quedā aliq̄ndo bona pro honestate inchoat/ in eius intētione nō debet pmanere. nec p bono ope/ presentis huiꝰ mundi gloriā q̄rere. sed totā spem in redēptoris sui aduentu cōstituat. ⁊c. Ecce mentio de bonis inchoatis/ ⁊ de mutatōe intentionis ⁊c. ¶ Et put in supioribꝰ exemplificatum est de informatōne ipōrū actuū quo ad meritū. simili modo exemplificari facile est de eoꝝ informatōe quo ad demeritū cū eadem quo ad hoc ratō existat. ¶ Resolutio finalis est ista. q̄ intētio actus/ tā interiores ipius volūtatis/ q̄ exteriores ex ipis procedētes/ qui realiter ⁊ trāsacti sunt. subsequēs seu superaccedens/ nullo modo potest ex seipsa eos quo ad meritū vel demeritū iformare. Q̄ vero dicat actꝰ interior volūtatis cum intentōe subseq̄nti seu supaccedēti reiterari. ⁊c. Jam ꝓprie loquēdo illa reiteratio esset nouꝰ voluntatis actus. ⁊ sic respectu eius posset ⁊ deberet dici intentō ꝓcomitās ⁊ nō subseq̄ns Sed ista p mediocribꝰ ⁊ simplicibꝰ/ et q̄ magis conscientiarū scrupuli cognosci ⁊ quietari valeāt vt sepe tactum est/ ita late specificari ⁊ p exempla declarari libuit

R Notandū in sup ⁊ potest poni vt septima regula. Septima regula q̄ actō corpalis potest etiā meritorie ad aliquē finē tpalē referri. dūmodo finis ille tempalis. in deum finaliter referat. Actō vero spūalis vt predicatio oratō ⁊ hmōi. nullo modo potest meritorie ad finē tempalem referri. etiam si illō tempale finaliter in deū referat. Et hoc est in effectu qd̄ dicit. Aug. Debemus māducare vt euāgelisemꝰ. nō autem euāgelisare vt māducemꝰ. ¶ Aduertēdū preterea q̄ etiā p modū cuiusdā regule et hec p octaua poni potest. Octaua regula q̄ si in aliquibꝰ actibꝰ seu actionibus/ ad diuersos fines sibiinuicē subordinatos tendentibꝰ/ primꝰ vel medius finis seu p pinq̄or intētus ponat seu cōstituatur aliquod tēpale. ordo talis est puersus. atq; hmōi sic ad istos fines ordinari demeritorij. Bene tamē etiā meritorie licitū est/ duos fines in aliquo actu cōstituere ⁊ intendere. vnū scilz tempalem. ⁊ aliū eternū dūmodo illud quod est eternū/ sit principalis ⁊ vltimus finis intētus. ⁊ nō econtra. Ut gratia exēpli de istis duobꝰ membris. Optabit aliq̄s sufficiēs ⁊ idoneꝰ sz indigens/ beneficiū ecclesiasticū. vt scz habeat vnde vitā suam sustētaret. ⁊ vt etiam maiorē habeat occasionē et facultatē deo debite seruiendi. Hic sunt duo fines licite intenti. vnus tēpalis. ⁊ alius eternus. Si igit iuxta primū membrū huiꝰ notabilis seu regule/ finis pmꝰ seu ꝓpior sit ipsum dei seruitiū debite facere. ⁊ finis vltimus ⁊ principalis sit sustentatōem vite habere. tūc ordo est puersus ⁊ actus ad hos fines ordinati de se quo ad salutē eternaz adquirendā/ demeritorij. Si vero cōtrario modo procedat intētio. sic scz q̄ finis primus seu ꝓpinq̄or sit sustentatōem vite habere. et finis vltimus ac principalis/ sit ipm dei seruitiū facere. tūc ordo est rectꝰ et bonus. actusq; ad hos fines debite ordinati quo ad salutē eternā adquirēdā meritorij. ¶ Et hec q̄ ad materiā intētionis ac finis actiōis ⁊ opatiōis q̄ntū huic tractatui cōgruere visum est/ dicta sufficiāt.

¶ De esse natura et qualitate conscientie. S

Quo vero ad esse seu naturaz ac qualitatē consciētie. est primo sciendū. q̄ cōscientia put ꝓprietas vocabuli de se satis connotat/ duo dicit ⁊ importat ¶ Primo dicit ⁊ importat sciētiam. et fm hoc consciētia dici potest q̄dā habitꝰ naturalis. nō solū cognitiuꝰ.

sed etiā motiuus. Mouet enī et inclinat animā ad bonū psequendū. ⁊ malū fugiendum. Et isto modo inquantū scz scientiā dicit ⁊ importat/habet sevt supius. cōiungiturq ipsi primo habitui naturali/ supioriq lumini ratōis quod synderesis dicit. ita q propter hoc aliqui. vt hieronimus ⁊ alij ipam sinderesim prout in supioribus tactū est/conscientiā seu conscientie iudiciū dicere voluerint. Et tūc cōsciētia de se semp recta est. nā tūc circa vniuersalia agibiliū sicut ipsa sinderesis versat.

¶ Secūdo vero dicit ⁊ importat cōsciētia ⁊ magis ꝓprie. quandā acceptōem seu acceptatōem ex parte ratōis. Et enī cōscientia ꝓprie loquendo nihil aliud est q̄ applicatio quedā seu ordinatō sciētie ad aliquē actū. scientia aūt in rōne est. qd̄ satis denotat hec prepositio cum. dicit enī consciētia quasi cū alio sciētia. Et tūc conscientia ꝓprie loquēdo magis est actus q̄ habitus seu potētia. Istoq modo se habet vt inferius. magisq coniūgitur rōni simplici. imo tunc dicit quoddā dictamē rōnis. Et hoc modo nō semp de se est recta. immo freqnter errorē recipit. quia tūc cū scz sic ipsi rōni simplici coniūgit habz circa pticularia ⁊ p modū cuiusdā cognitionis seu inquisitōnis versari. in quib fre/quent error ⁊ errare cōtingit. ¶ Que clarius p exemplū nonnullorū doctorū cōcipi possunt. Formāt enī quendā quasi cōsciētie silogismū. Cuius synderesis maiorem ꝓponit quasi generalē ⁊ vniuersalem sic. Nullū malū est faciendū. Cui cōscientia se iuxta primā sui importatiōez seu cōnotatōem/ipsi synderesi cōiungēs sine q̄cunq difficultate assentit. nec tunc errat Quia circa hmōi maiorē. ñ est error. Format deinde ratō sub ista maiore vnā minorē/ad aliquē casum seu factū pticulare descendēdo. sic Et hoc est malū. Cui minori si consciētia se iuxta scdam sui ipportatōem seu connotatiōez ipsi ratōi cōiungens assentiat. potest errare ⁊ potest non errare. Infert demū consciētia ex istis duabus pmissis cōclusionē sic Ergo hoc nō est faciēdū. Que cōclusio similiter erit falsa vel vera. prout scz ipsa ratio ⁊ conscientia se illi coniūgens in illa minore erraverit. ¶ Ex etiā consciētia put magis ꝓprie et magis cōiter sumit scz dum magis rōi simplici coniūgit/dicat quandā applicationē seu ordinationē scientie ad aliq̄d. sicq magis actum quendā q̄ habitū seu potentiā importet. patz ex his que ipsi cōscientie attribuūtur. scz testificari. accusare. remordere. reprehendere. excusare. instigare. stimulare. remurmurare. incitare. ligare. retrahere. Que omnia (vt clarū est) consequūtur quandā actualē applicatōnem alicuius cognitiōis seu sciētie ad ea que agunt. Que quidē applicatō triplici ter habz fieri fm diuersitatē triū temporū videlicet preteriti presentis ⁊ futuri Uno etenī modo ⁊ respectu preteriti temporis habet dicta applicatio fieri. dum scz recognoscit aliquid factū vel nō factū esse. Et fm hoc consciētia de hoc q̄ sibi vel in malo cōmisso vel in bono omisso aut econuerso cōscia est ꝓtra mentē. testificat eāq vel accusat. remordet. ⁊ rep̄hendit vel etiam excusat. Alio modo respectu p̄sentis tempis habet dicta applicatio fieri. dum scz aliquid faciēdū imminet vel occurrit Et fm hoc cōscientia put de illo in bonū vel malū. fm iudiciū rōnis p applicatōnem sciētie seu cognitōis ad illō iudicantis sibi conscia est mentem ipsam facere vel nō facere. instigat ⁊ stimulat ⁊ recalcitrat. Alio modo ⁊ respectu futuri tempis habet dicta applicatio fieri dū scz conscientia ad aliqua in futurū facienda vel nō facienda put sibi de eis fm iudiciū rōnis p applicatōnem sciētie seu cognitiōis ad illa iudicātis. conscia est mentem ipsam incitat ⁊ ligat vel retrahit. ¶ Plures a diuersis doctoribus assignant ꝓsciētie descriptōes Una a Joh. damasceno. q cōscientia est lex intellect nostri. Alia a basilio. q conscientia est rōnale iudicatoriū. Alia q est cognitō sui ipius. Alia q consciētia est habitus mentis. boni ⁊ mali discretiu. Alia q conscientia est credulitas intentiōis ad aliquid faciendū vel nō faciendū. animi deliberatione firmata. Ex istis cōscientie diffinitionib seu distinctōib. que in effectu bñ resoluēdo in idē coincidūt. colligi pōt q cōscientia respicit ⁊ cōcernit/tam facta q̄ faciēda. immo omnia tempa respicit. vt satis declaratum est.

De conscientia indiscreta. ¶ Notare solent aliq. consciētiā nimis largā/ ⁊ etiā nimis strictā cauēdaz

T

fore aliquas rōnes assignātes Unam scz quia cōsciētia nimis larga generat p̄sumptionē. Nimis vero stricta desperationem. Aliā quia cōscientia nimis larga frequēter illud qd̄ est malū dicit bonū Nimis vero stricta ecōtrario sepe damnat saluādū. Quod nō prout verba iacēt de se sic simpliciter accipiendū est. sed p quādā denotatōem. ⁊ maxime in indifferētib̄. que scz vt sepe tactū est/ nō habent ex se suoq; genere q̄ sint bona vel mala. meritoria vl̄ demeritoria. Etenī cōscientia larga/ cōiter ⁊ de plurib̄ que freq̄ntissime occurrūt nullum remorsum habz. ⁊ sic plura sepe facit que sic faciendo nō peccat. In quib̄ tñ si remorsuz haberet/ peccaret Exindeq; plura peccata euitat q̄ alias incurreret ⁊ committeret. Conscētia vero nimis stricta/ ecōtrario cōmuni⁹ et quasi de oīnibus et frequētissime sine causa remorsum habet ⁊ dubitat Et cū plurima necessario facere habeat. plurima facit. que sic cū remorsu faciendo peccat. in q̄bus tñ si remorsum nō haberet/ nō peccaret. Exindeq; plura peccata incurrit ⁊ cōmittit. q̄ alias nec incurreret nec cōmitteret ¶ Circa quod ac etiā circa plurima tā iam dictoz q̄ dicendoz bene notādū ⁊ aduertendū venit. Q̄ aliud est cōscientia. aliud timor cōsciētie. Qd̄ in effectu est dicere. q̄ magna est differentia inter habere de aliq̄/ seu facere cōscientiā ⁊ intelligat formatā. ⁊ hr̄e solum timorē conscie. quē aliq̄ ⁊ bene cōiter scrupulū conscie vocāt. Conscia etenī put iā dictū est scz formata est qñ finalit. i. post discussionē ⁊ deliberatōem/ ex diffinitiua sentētia rōis iudicat ⁊ firmat aliq̄d eē faciendū aut pseqēdū. vel nō faciēdū aut vitandū Et cōtra talem cōscientiā formatam facere/ etiā si erronea sit. sic scilz q̄ rō in sic discutiendo deliberādo ac diffiniēdo errauerit/ est petīn. ¶ Timor vero cōscientie seu scrupul⁹ est. qñ nō sic finaliter id est post discussionē ⁊ deliberatiōem ex diffinitiua sentētia iudicatur. ⁊ firmat aliquid esse faciendū aut pseqendū. vel nō faciendū aut vitandū. sed mens inter dubia vacillat. nesciēs quid sit meli⁹. nec ad quid poti⁹ teneat Non tñ quoquo modo vellet omittere quicq̄d sciret esse placituz diuine volūtati. Et cōtra istū timorē seu scrupulū ꝯscientie facere/ nō semp est peccatū. licet periculosus valde sit. ⁊ quantū fieri potest abijciendus ⁊ extinguendus. Cause istorū inferi⁹ subiūgent. ¶ Pro q̄ sciendū q̄ inter cetera que sup p̄ñti materia cōscientie p doctores tractant. due solent licet diuersimode formari ⁊ determinari questiones Ex quarū determinatōe/ tā statim dicta/ q̄z adhuc inferi⁹ in hac eadez materia dicenda. q̄z etiā plura alia que in hoc tractatu circa materiā pctōrū mortalis ⁊ venial tractata sunt/ ⁊ adhuc forsan tractabūtur. clarius intelligi poterūt.

Prima igit questio sic tractari solita est. Utz cōscia errās obliget. Scdo vtrum consciētia errans/ excuset ¶ Circa primā istarū duarum questionū

Vtrū scz cōsciētia

errans obliget. qd̄ vt ponit btūs Thom̄. prima scd̄e sue summe est idē in effectu q̄ querere. vtrū volūtas a rōne errāte discordans/ sit mala ⁊ peccet. Cōformit ad aliq̄ supra tactoz/ triplicē distinterūt nōnulli actuū qualitatē. videlicz q̄ aliq̄ sunt de se ex suoq; genere seu natura/ boni Alij sunt de se ex suoq; genere seu natura mali. Alij sunt indifferētes scz qui de se ex suoq; genere seu natura nō habēt q̄ sint boni vel mali. vt leuare festucā de terra vel mouere manuū. ¶ Dicūt ergo in effectu. q̄ respectu actuū duaz p̄maz qualitatū/ si ratio vel cōscientia de ipsis iudicet ⁊ dictet ꝓm verū eoz esse. suāq; propriā naturā. vtputa qz aliquid qd̄ de se ex suoq; genere seu natura bonū est ratō iudicet vt bonum. ⁊ exinde ꝯscientia dictat hominē teneri ad illud faciendū. vel aliq̄d qd̄ de se ex suoq; genere seu natura malū est ratō iudicat vt malū. ⁊ exinde consciētia illud dictat esse ꝓhibitū ⁊ sic nō faciendū. Null⁹ est ibi error īmo rectū iudiciū. Eadē etenī rōne p̄cipiūtur bona ⁊ ꝓhibent mala. Sed si rō vel cōscientia de p̄dictis actib̄ iudicet et dictet cōtra vez eoz esse. suāq; ꝓpriā naturam/ vtputa qz aliqd̄ de se ex suoq; genere seu natura bonū est. rō iudicat vt malum et exinde cōscientia illd̄ dictat esse ꝓhibitum/ ⁊ sic fugiēdū. vel aliq̄d de se ex suoq; genere seu natura malū rō iudicat vt bonū. ⁊ exinde cōscientia dictat hoīem teneri ad illud faciendū. tunc ibi est manifest⁹ error. talisq; rō ⁊ cōscientia dicit errans. Et eodē modo respectu actuū tertie q̄litatis. si rō vel conscia de eis dictet ⁊ iudicet

contra vex̄ corū esse suamq; p̄riā naturā
vtputa/ qr aliq̄d de se ex suoq; genere seu
natura est indifferens. ratō iudicet bonū
vel malū. ⁊ exinde cōsciētia dictet hoīz te
neri ad illud faciendū vel phibitū ⁊ sic nō
faciendū. Est etiā ibi error. sed nō tātus.
eritq; talis ratio seu cōsciētia errās. sz nō
tantū sicut in casu p̄cedēti. ¶ Iurta que
dicūt insup̄ predicti ꝙ ratio vel cōsciētia
circa actus tertie qualitatis errans. scz q̄
de se ex suoq; genere seu natura sunt indif
ferentes. siue sit in p̄cipiendo siue in phi
bendo obligat. ita ꝙ voluntas a tali rōne
taliq; cōscientia sic errāte discordās. i. cō/
trariū illius qd sic iudicāt ⁊ dictāt faciēs
est mala ⁊ peccat. Sed ratio vel cōsciētia
circa actus duax̄ primax̄ q̄litatū errans
iudicādo scz ⁊ dictādo ea que de se ex suo/
q; genere seu natura bona sunt vel neces/
saria ad salutē mala esse ⁊ sic phibita ⁊ fu/
gienda. vl ea que de se ex suoq; genere seu
natura mala sunt bona esse ⁊ sic ex debito
facienda nō obligat. Vñ in talib⁹ volun/
tas a tali rōne taliq; cōscientia sic errante
discordans. contrariūq; illi⁹ qd sic iudi/
cat ⁊ dictat faciens. nō est mala nec peccat
Et ratio p̄t esse. quia nullo mō videri p̄t/
ꝙ aliq̄s ad id qd de se ex suoq; genere seu
natura malū est/ possit et maxime ad hoc
p̄ errorē rātōis ⁊ cōscientie teneri seu ob
ligari. cuz illud potius ex seipso phibitū
videat. Ergo eū ad tale q̄d quis obligat⁹
nō existat. īmo ecōtrario videat ab illo p/
hibitus/ videt ꝙ illud nō faciendo nulla
rōne peccare possz. īmo potius mereatur
Similiter nec ab eo qd de se ex suoq; ge/
nere seu natura bonū est. posset q̄s ⁊ ma/
xime adhuc p̄ errorē rōis ⁊ cōsciētie vt ta/
ctū est prohiberi. cū potius ex seipso faciē
dum videatur. Ergo cū a tali prohibitus
nō existat. īmo poti⁹ ad illud videat obli/
gatus. videt ꝙ illud faciendo nulla rōne
peccare possit. īmo poti⁹ mereat. Non sic
autē est in indifferētib⁹ que de se ex suoq;
genere seu natura nec bona nec mala exi/
stunt Et ideo facili⁹ ex aliqua occasiōe seu
circūstantia. vtputa ex iudicio rōnis ⁊ di
ctamine cōsciētie possunt bona vel mala
effici. ⁊ exinde ad talia q̄s teneri ⁊ obliga/
ri vel ab eis phiberi. vt satis declaratū est
⁂ ¶ Sed istā positionē istūq; modū dicen
di p̄tim approbat ⁊ p̄tim impugnat bea/
tus Tho. li. supra notato. Inq̄ntū enim
ponit ꝙ ratio vel cōscientia circa actus de
se suoq; genere seu natura indifferētes er/
rans/ obligat volūtas q; a tali rōne taliq;
consciētia sic errāte discordans mala est ⁊
peccat/ eam approbat. Sed inq̄ntū vero
ponit ꝙ ratio vel cōsciētia/ circa actus de
se ex suoq; genere seu natura bonos l' ma
los errās nō obligat/ nec volūtas a tali rō
ne taliq; cōscientia sic errāte discordans
mala est ⁊ peccat/ ip̄am impugnat. mon/
strans ꝙ idē est dicendū de rōne vel cōsci/
entia circa actus de se ex suoq; genere seu
natura bonos vel malos errāte scz ꝙ obli
gat. ⁊ ꝙ volūtas a tali ratōne taliq; cōsci
entia sic errante discordās. mala est ⁊ pec
cat. Sicut dicit de illa que circa act⁹ de se
suoq; genere seu natura idifferētes errat.
¶ Et causam hui⁹ ex sequētib⁹ effectuali
ter assignat. Certū est enī ꝙ p̄prīū obie
ctum volūtatis ⁊ a quo ac fm quod ipsi⁹
volūtatis bonitas ⁊ malicia dependet et
accipi debet/ est illud quod sibi a ratione
obīcit seu supponit. Non q̄dem fm ꝙ il
lud ex seipso de suiq; natura est. sed fm il
lam qualitatē in bonitate vel malicia fm
quam ab ip̄a ratōne apprehendit ⁊ ip̄i vo
luntati obīcit seu p̄ponit Et enī (vt freq̄n
tius supra dictū est) ratio volūtatē moue/
re habet ⁊ mouet fm sui obiecti apprehē
sionē ⁊ fm illud qd apprehēdit. Certū est
insup (vt iam modicū supra satis declara
tū est) ꝙ ratio. etiā quod bene notandū ꝗ
credendo forsan se debite volūtati diuine
p̄formare. licet tamē tūc erret. p̄t qñq; ali/
quod obiectum apprehēdere ⁊ voluntati
obīcere seu proponere fm aliā qualitatē
quā illud de se ex suoq; genere seu natura
nō habet. sic ꝙ nō solum cōtingere potest
in actib⁹ de se ex suoq; genere seu natura
indifferētib⁹. sed etiā ⁊ eodē modo in casi
bus q̄ de se ex suoq; genere ⁊ natura sunt
boni ⁊ mali. Clax̄ est enī ꝙ eodē mō po/
test ratio aliq̄d quod de se ex suoq; gene/
re seu natura bonū est apprehēdere. ac vo
luntati obīcere seu p̄ponere vt malum et
econtra sicut illud quod de se ex suoq; ge/
nere seu natura indifferēs est potest vt bo
num vel malū apprehēdere. ac vt tale vo
luntati obīcere seu p̄ponere. Cū ergo pre
dicta magis ad p̄positū applicando ⁊ gra
alicuius exēpli/ ratio aliq̄d quod de se ex
suoq; genere seu natura bonū est appre/
hendit vt malū/ ⁊ sicut malū. ⁊ p̄ cōseq̄ns

dictante conscientia fugiendum ipsi voluntati obijcit seu proponit. iā illud efficit & est propriū obiectū ipius voluntatis. Nō quidē sub ratōne boni & tanq̃ bonum q̃uis de se ex suiq̃ natura bonū existat. qz nō est vt tale ab ipsa rōne apprehēsum et vt tale ipsi voluntati obiectū seu propositū. sed sub rōe mali & tanq̃ malū de per accidens. et sic fugiendū. qz vt tale est ab ipsa ratōne apprehēsum. & vt tale dictāte etiā conscia ipsi volūtati obiectū seu ꝓpositum. ¶ Sic ergo vt videt in illo casu ꝓ prium obiectū volūtatis est malū & fugiendum. q̃uis vt tactū est in illō vt tale appēhendēdo ac vt tale ipsi volūtati obijciendo seu ꝓponēdo. ipsa ratio ipius q̃q̃ cōscie dictamē errauerit. Si nūc ergo ipa volūtas tali rōi taliq̃ conscientie dictamini q̃uis errāti cōtradicēdo in tale suū obiectū feratur & se applicet. certū est q̃ ferat & se applicat in obiectū malū & dictāte conscientia fugiendū. & p cōsequēs est mala & peccat. cū volūtarie ferri & se applicari in malum & fugiendū. sit pctm̄. Hec inspicit q̃ vt sepe dictū est. illud in qō sic ipsa voluntas ferat sit de se ex suoq̃ genere seu natura bonū. Quia vt in tale ipa voluntas non ferat nec ferri potest in ipm. qz vt tale non est suum ꝓpriū obiectū. & p cōsequēs etiam nec ab eo vt a tali ꝑt aut debet ipius volūtatis bonitas dependere & attendi. Cū iuxta supra tacta ipius voluntatis bonitas vel malicia/a suiꝓpriū obiecti/ñ quidē vera eēntia seu natura sed q̃litate sub q̃ a rōne siue recta siue errāte apprehēdit. ipiq̃ voluntati obijcit seu ꝓponit depēdere habeat & attēdi. Et sil'r hic eadē rōne dici ꝑt de illo quod de se. ex suoq̃ genere seu natura malū est. si rō illud vt bonū appēhendat & vt bonū & p consequēs ipa dictante cōscientia debitū & faciendū ipsi volūtati obijciat seu ꝓponat. Nā illud propriū ipsius volūtatis obiectū/ nō quidē sub rōe mali & tanq̃ malū q̃uis de se suiq̃ natura malū existat. qz nō est vt tale ab ipsa rōne apprehēsum. nec vt tale ipsi voluntati obiectū seu ꝓpositū. Sed sub rōne boni & tanq̃ bonū de p accidēs. & p cōsequens debitū & faciendū. qz vt tale est ab ipa rōe apprehēsum. & vt tale dictāte etiā conscientia ipi volūtati obiectū seu propositū. Et ideo si volūtas tali rōni taliq̃ cōscientie dictamini cōtradicēdo/ tale suū obiectū facere & adimplere recuset. clarū est q̃ bonū & dictante cōscientia debitū & faciendū recusat. qz vt tale est suū propriū obiectū & sic est mala & peccat. qz volūtarie quod debitū & faciendū est. recusare/ pctm̄ est. ¶ Et si in casibꝫ ꝑdictis opponēdo diceret q̃ volūtas sic tali rōni taliq̃ cōscientie dictamini erranti contradicēdo bū mouet. qz ferat & se applicat in bonū & aufugit malum & sic ñ est mala nec peccat. imo bona est & bū facit. patet clare responsio ex statī dictis. Non enī sequit si volūtas in illud quod de se ex suoq̃ genere seu natura bonū est ferat & se applicet. vel illō qō de se ex suoq̃ genere seu natura malū est aufugiat. q̃ ꝓpterea bū faciat & bona sit. nisi illō faciat sub debita qualitate ac debito mō. sic scz q̃ si in illō qō bonū est ferat & se applicet. hoc faciat sub rōne boni & tanq̃ in bonū. vel si illō qō malū est aufugiat hoc faciat sub rōne mali & tanq̃ malū. nō enī quoad deū seu quo ad meritū vel demeritū inspicit tm̄ illud qō fit. sed sub qua q̃litate & quo mō seu animo illud fit. ¶ Hūc ad ꝓpositū in casibꝫ supra dictis. licz enī vt ibi satis deductū est volūtas quo ad ꝑmū casum ferat & se applicet in illō qō de se ex suoq̃ genere seu natura bonū est. nō tm̄ hoc facit rōne boni & tanq̃ in bonū qz vt tale nō est suū ꝓpriū obiectū nec sibi vt tale a rōe ꝓpositū. sed ferat & se applicat in illō sub rōne mali & tanq̃ malū. Quia vt tale est suuz ꝓpriū obiectū sibiq̃ vt tale a rōne ꝓpositū &c. Et sic licet in bonū ferat & se applicet/ nō tm̄ facit sub illa bona q̃litate nec bono mō seu aio. sed sub mala q̃litate & malo mō maloq̃ aio. & ideo talis volūtas nō est bona nec bū facit. sed ē mala & male facit & peccat. Et idē de scdo casu respectu illius qō de se ex suoq̃ genere seu natura malū est. sed a rōne errāte appēhendit ipsiq̃ volūtati obijcit seu ꝓponit vt bonū. Nā licet tūc volūtas aufugiat illud qō de se ex suoq̃ genere seu natura malū est. nō tm̄ illō facit sub rōne mali & tāq̃ malū qz vt tale ñ est suū propriū obiectū nec sibi vt tale a rōne ꝓpositū. sed illō aufugit sub rōe boni & tanq̃ bonū. qz vt tale est suū propriū obiectū. sibiq̃ vt tale ab ipa rōne propositū. &c. vt satis ibi deductū est. Et ideo talis volūtas nō est bona nec bene facit sed mala & male facit & peccat. ¶ Ad propositū predictoꝝ duorum

casuū pro clariori eorū ītellectu / possunt iuxta effectū dictorū ipius beati Thome poni duo exēpla. ¶ Primū exēplū respectu primi casus. credere in xpm est per se bonū ⁊ necessariū ad salutē. sed volūtas ī hoc bonū nō ferat. nisi ꝓ ꝯm quod sibi a rōe obīcitur ⁊ proponit. Si ergo ipsi voluntati a ratione errāte proponat vt malum ⁊ sic dictante cōscientia nō faciendū. ⁊ nihilominus ipa voluntas tali rationi taliq; cōscientie dictamini cōtradicēdo. in illō ferat ⁊ se applicet. clarū est ꝙ in illud feret ⁊ se applicabit sub rōne mali ⁊ tanq; malū. ⁊ nō faciendum. Non qꝰ de se suiq; natura malū sit. ⁊c. sed est malū ⁊c. de ꝑ accidens ex tali scz apprehēsione rationis q̄ vt malū ⁊c. illud apprehēdit. ⁊ vt malum ipsi volūtati ꝓponit. Et sic talis volūtas de se erit mala ⁊ peccabit qꝰ voluntarie in malū ⁊c. ferri ⁊ se applicare malū est peccatum. Et ad hoc propositū dicit philosophus. vij. ethi. ꝙ per se loquēdo ille incontinēs est qui nō sequit rationē rectam sed de ꝑ accidens Ille etiā incōtinens est qui nō sequit rōem falsam. i. erroneā. ¶ Secundū exemplū respectu secūdi casus. fornicari de se ex suoq; genere seu natura. est quoddā malū. sed volūtas in istud malū nō fertur nisi ꝓ ꝯm ꝙ sibi a ratiōe obīcitur ⁊ proponit. Si ergo a casu ipi voluntati a rōne errante proponat vt bonū ⁊ necessariū ad salutē ⁊ sic dictante cōscientia vt debitū ⁊ necessario faciendū. ⁊ nihilominus ipa voluntas tali rationi taliq; cōsciētie dictamini cōtradicendo illud aufugiat facereq; recusat. clarū est ꝙ illō aufugiet ⁊ facere recusabit sub ratōne boni et necessariū ad salutem. ⁊c. et tanq; bonū et necessariū ad salutem. nō quia de se suiq; natura bonū sit et necessariū. ⁊c. sed est bonū et necessariū. ⁊c. de ꝑ accidens ex tali. scz apprehēsione ratōis. quē vt bonū ⁊ necessariū. ⁊c. ipi volūtati ꝓponit Et sic talis voluntas de se erit mala ⁊ peccabit. qꝰ voluntarie bonū ⁊ necessariū ad salutem aufugere et recusare facere. malū et peccatum est. Non tamē (vt omnia sane intelligant) innui credat ꝑ predicta. ꝙ volūtas in casu istius vltimi exempli / tali ratōni taliq; rōnis dictamini sic errāti se cōformando / bñ faceret. sed solū ꝙ etiā cōtradicendo male facit et peccat. quod quō fieri possit inferius latius declarabit ¶ Concludit igit finaliter et simpliciter ipse beatus Thom̄. post multa hinc inde ꝑ eum allegata. ꝙ omnis volūtas a ratione siue recta siue errāte discordās / sit in illis seu circa illa que de se ex suoq; genere seu natura indifferentia sunt / siue in his et circa ea que de se ex suoq; genere seu natura bona vel mala existunt / semp mala est et peccat. Et quib et per que satis effectualiter ad primā duarum principalū questionū supra formatarū ꝑ affirmatiuā respōdere videtur. ꝙ scilz cōscientia erranis obligat. Quod tamē respectu voluntatis a ratōne et consciētia errante seu erronea discordātis sic intelligendū est. ꝙ licet talis voluntas semp de se sit mala et peccet. non propterea tamen vt statim aliqualiter tactū est / sequit ꝙ quotiens cūq; tali rationi et conscientie sic erranti concordat ipsa voluntas bona sit et bene faciat. Est etenī dare casum in quo voluntas rationi et consciētie erranti seu erronee discordando et cōtra id quod dictarēt faciendo esset mala et peccaret. Et nihilominꝰ etiam cū eis concordādo et faciendo quod dictarent mala esset et peccatum cōmitteret. Vtputa quando ratio et cōscientia vt est in vltimo exemplo statim supra posito errando dictarent aliquid quod esset cōtra deū eiusq; legem et ꝑcepta. Discordando vero facit cōtra dictamen ratōnis et cōscientie in quo est semp. saltē interpretiue dei cōtemptus. Et hic est proprie casus in quo cadit ꝓplexitas. ⁊ exinde etiam dū ad dictam primā questionē supra posita respondendo dicit. ꝙ ꝯscientia etiam errās semp obligat. nō est intelligendū ꝙ semp simpliciter obliget ad faciēdū ⁊ subsequendū illō quod ipsa dictat. sed sub disiūctiōe ad faciendū. ſ. et sequendū illud qō ipsa dictat vel ad se deponendū. vt clarius inferius ex dicēdis patebit. ¶ Pro quo clariꝰ intelligēdo. et qꝰ materia ista frequenter occurrit / nec clare ab omnibus, put bene expediret intelligit vtile visum est positionē circa hoc domini bonauētura quā ad dictā primā q̄stionem effectualiter. licet sub alijs terminis rñdēdo ponit hic applicare. Format enī questionē sic Vtrum tenemur ad omne id quod ꝯscientia dictat esse necessariū ad salutē. Et sub ꝑdicto titulo q̄stionis format etiā tres alias q̄stiones q̄ sub altera ac.

Z

quas p idem quasi mediū soluit. Et sunt he in effectu. Utꝛ omis cōscientia liget. ꝛ vtrū liget ad omne quod dictat. Utrū homo sit ꝓpletus quādo conscientia sibi vnū dictat ꝛ lex diuina dictat cōtrarium Cui sit magis obtempandu3. vel conscie dictamini. vel p̄cepto ꝓlati. cū sibi inuicē obuiāt ꝛ cōtrariant. ¶ Circa q̄rum q̄tuor questionū dissolutōem. ponit dictamē ꝓscie/triplici respectu ad tria genera actuum ꝓsiderari posse. satis ad ꝓpositū distinctōis supra posite. licet sub alijs ꝝbis. Et intelligat vt ponit de dictamine cōscientie p modū p̄ceptōis vel phibitiōis nō p modū consilij siue ꝓsuasionis. quod p̄prie est dicere q intelligendū est de cōsciētia formata ꝛ non de solo timore seu feruplo cōscientie. quoꝛ satis supra notata est differētia. ¶ Aliqñ etenī cōscia dictat ea q̄ sunt fm legē dei. aliqñ dictat ea que sunt cōtra legē dei. aliqñ dictat ea q̄ sunt p̄ter legē dei ¶ Quādo aūt conscia dictat que sunt fm legē dei. ipsa simplr ligat ad faciendū illō qd ipa dictat. imo cū in isto casu homo iā ad ea q̄ sic conscia dictat sit p legē diuinā ligatus ꝛ obligatus. cōscia q̄ sic illi legi ꝓcordat/nō solū ligat imo et ligatum ostendit. ita q in effectu duo ligamina cōcurrunt. Et talis cōsciētia nullo mō est deponēda seu abijciēda. imo toto effectu sequēda. ¶ Qñ vero cōscia dictat ea que sunt ꝓtra legē dei/ ipa etiā conscia simpliciter ligat ꝛ obligat nō quidē ad faciendū qd ipsa dictat sed ad deponendū. Quia cū talis ꝓscia erronea erroꝛe repugnāte legi diuine q̄diu ipa manet/ponit ꝛ tenet hoiez extra statū salutis. ꝛ ideo necesse est eā deponere. qꝛ siue tūc hō faciat quod ipa conscia dictat siue eius oppositū. peccat mortalit. Faciēdo etenī in isto casu quod ipa cōsciētia dictat/facit cōtra legē dei. qd clarū est peccatū mortale esse. Faciendo vero oppositū illi qd ipsa consciētia dictat adhuc peccat mortalit. non rōne quidē opis qd tūc facit. sed qꝛ malo modo facit. Facit enī in contēptū dei. qꝛ licet illō qd tūc facit de se ñ displiceat deo facit tñ acsi displiceret deo cū faciat illud quod sua cōscia sibi deo displicere dictat. Sic ergo facit qd deo displicere credit. faciendo āt qd deo displicere credit/ deū cōtēnit. qꝛ de nō tm attendit q̄d hō faciat. sed q animo faciat. ꝛ sic mortaliter peccat

¶ Et bñ circa tā hic q̄ in supioribꝫ dicta ꝛ tractata aduertat. q quotiēscūq3 fit mētio q volūtas a rōne ꝓponēte ꝛ dictāte ea que sunt ꝓtra legē seu p̄ceptū dei discordans mala est ꝛ peccat/intelligat put ꝛ intelligendū est. qñ nō clare ꝛ euidēt cognoscit vtrū illa q̄ sic ipa ratō ꝓponit ꝛ dictat sint cōtra legē seu p̄ceptū dei. imo intelligi debꝫ vbi talia q̄ sic ipsa rō ꝓponit ꝛ dictat/credūtur esse fm legem ꝛ p̄ceptū dei. Nā si clare ꝓgnosceret q rō humana proponeret ꝛ dictaret aliq̄d ꝓtra legē seu p̄ceptū dei talē rōez nullus teneret seq̄ nec tunc rō eēt totalit errās. sz potꝰ q̄si malicose agēs ꝛ corrupta. Sed qñ rō errans aliq̄d qd est ꝓtra legē ꝛ p̄ceptū dei ꝓponit ꝛ dictat vt dei p̄ceptū ac sue legi cōformetūc est vere errās Et tunc dictamē talis rōnis contēnere. est idē q dei p̄ceptū contēnere saltē interp̄tatiue vt satis supra declaratū est. Item dū in supioribus fit frequēter mētio de eis q̄ de se ex suoq3 genere seu natura bona vel mala sunt. ꝛ de eis q̄ sub rōne boni ꝛ mali apprehēdunt/intelligat sp de bonis vel malis fm legē ꝛ p̄ceptū dei Utputa qꝛ de se vel ex aliq̄ circūstantia talia sunt vel vt talia apprehēdūtur. Quia alias nec virtutes nec peccata/ ꝛ per consequēs nec merita nec demerita essent. Et sic nō proprie ad materiā p̄sentem iactarēt ꝛ cōgtuerent. ¶ Quādo aūt conscia dictat ea q̄ sunt p̄ter legē dei/ipsa cōscia ligat ꝛ obligat. sz nō simplr immo fm quid ꝛ sub quadā disiunctiōe seu alternatiua. Scōm q̄d enim ligat ꝛ obligat. qꝛ q̄diu manet/sub disiunctiōe seu quadā alternatiua ligat ꝛ obligat. qꝛ ligat et obligat ad faciendū qd ipsa dictat vel ad se deponendū Ita q homo in isto casu teneat talem consciam deponere. vel adimplere. qd ipsa dictat. Utpote si cōscientia dictat qd necessariū est ad salutē leuare festucam de terra vel nō portare capucium in ecclesia oportet vel istā conscientiā deponere vel q̄diu manet festucaz de terra leuare aut capuciū in ecclesia nō portare. Et ratio huius est. quia cū talia sint p̄ter legem dei. nullus ad ea facienda vel nō facienda de eorum natura obligatur. sed cū circa ea accedit dictamē conscie/ iā hō ex tali dictamine obligat ad ea facienda vel nō facienda. cū ꝓpus nō obligaret. qꝛ ꝓtra dictamen consciētie facere. est pctm Cum

igitur q̄diu manet tale cōsciētie dictamē maneat talis obligatio. oportet eā necessario adimplere. alias esset pctm̄. Qñ vo tale conscie dictamē depositū est/ tūc sublata est illa obligatō q̄ ad talia faciēdū vel nō faciendū obligabat. Et tunc illa talia sunt vt pus de sui natura erant scz indifferētia. et tūc ea facere vel nō facere siliter indifferēs est. ⁊ sic nō est aliquod pctm̄. ¶ Nūc ergo iuxta effectū dictoꝝ ipius dñi bonauēture p̄dicta ad solutionē ipārum quatuor questionū p modū cuiusdā epilogi applicādo. respectu prie ⁊ principalis questiōis/ patet ex p̄dictis/ q̄ nō semp tenemur ad omne id quod ꝓsciētia dictat eē necessariū ad salutē. ⁊ tamē q̄diu manet peccam⁹ si nō facim⁹ illō qō cōscia dictat Ergo nō tenemur facere illud qō ipsa dictat. Quia (vt ex p̄missis patz) illā obligationem alio mō euadere seu tollere possumus scz talē consciaz deponēdo ¶ Respectu vero scōe questionis patet ex predictis q̄ omnis conscia ligat. sed nō semp ligat ad omne quod dictat. In eis enī q̄ dictat fm legē vel p̄ter legē: ipsa vt iā dictū est ligat ad id qō dictat. in primis q̄dē simplr̄ in secūdis vero sub disiūctione scilz ad id qō dictat vel ad se deponēdū. In eis vero q̄ dictat ꝓtra legē dei/ ipsa ligat sed nullo modo ad ea que dictat. sed simplr̄ ad deponēdū. ¶ Respectu āt tertie questionis patet ex p̄missis q̄ licz hō in casu dicte q̄stionis possit dici ꝓplexus ad tps q̄diu scz talis conscia sibi manet. simplr̄ tamē loquēdo nō est nec debet dici ꝓplexus. qz potest imo tenet talem cōsciam deponere p aliquē modoꝝ ifra tactoꝝ. ¶ Respectu vero quarte questiōis patet ex p̄missis q̄ qñ prelatus precipit ea que sunt fm legē dei vel p̄ter legē dei. magis est sibi obediēdum q̄ dictamini ꝓsciētie. imo in his casib⁹ talis conscīētia que tali p̄cepto p̄lati contrariat simpliciter est deponēda. qz iā in his casib⁹ cōtra p̄ceptū p̄lati facere/ eēt cōtra legē dei facere. De primis nō est dubiū cū tunc fm legē dei p̄cipiat. De scōis vero que scz sunt p̄ter legē dei/ hoc idē patet. qz preceptū prelati iā ea que sic preter legē dei erāt/ facit fm legē dei esse. Quando vero p̄latus p̄cipit ea que sunt cōtra legem dei/ magis est obediendū dictamini conscie q̄ plato qz in hoc casu manifestū est q̄ ꝓtrariū illius qō p̄latus p̄cipit. s. illud qō tunc ꝓsciētia dictat/ est fm legem dei. Et sic iuxta supra tacta/ ad illō faciendū sunt q̄si duo ligamina. i. ligamē legis dei ⁊ ligamē cōscientie Ex pte vero p̄cepti p̄lati nullū est in hoc casu ligamē. qz simpliciter nō obligat. qz ꝓtra legē dei precipit Et intelligat hoc iuxta modicū supra tacta de dictamine conscie formate. q̄ scz clare ⁊ euidēter cognoscit vel finaliter in animo iudicat ⁊ firmat/ tale p̄ceptū p̄lati esse cōtra legē dei. quia si solū esset timor vel scrupulus cōsciētie. necesse eēt aliter ⁊ magis p prius ꝓsulere ⁊ discutere. anteq̄ tale preceptū p̄lati contēneret. ¶ Triplex autē modus consciam deponēdi reperitur ¶ Prim⁹ est ex seipso. p fortē scz ⁊ feruentē meditatiōem ⁊ discussionē casus incūbentis. ac rationū circa ipm occurrentiū. diligens q̄ studiū opinionū ac sententiarū doctoꝝ. Et hoc qñ homo noticiā legis diuine lumēq̄ scientie ex seipso habz. Scōus modus est p discretū ⁊ diligentē inq̄sitionē ⁊ inuestigationē a lrātis ⁊ piis/ ipius legis diuine Et maxime eis q̄s q̄s peritiores ⁊ magis probate vite/ iudicio suo cō mode repire poterit Et interdū iuxta grauedinē casus/ vehemētiāq̄ motus seu dictaminis ipius consciētie/ plures ac frequēter. ⁊ hoc quādo homo de se nescit de dicta sua conscientia casuq̄ sibi incūbente/ iudicare. vt puta qz noticiā legis diuine non hz. In his duob⁹ modis necessaria omino est hūiliatio spūs. ac q̄dā sui intellect⁹ captiuatio. vt. s. pie velit credere ⁊ ꝓsentire obedireq̄ eis q̄ per se legit. vel ab alīs audit. Juxta dictum apl̄i Captiuantes oēm intellectū in obsequm xpi. Hoc est dicere q̄ q̄libet in credendis pl⁹ dz ꝓsentire fidei q̄ sibi. ⁊ in agēdis pl⁹ credere alīs q̄ sibi ¶ Terti⁹ mod⁹ est per ꝓuersionē mētis ⁊ recursum ad deū. et⁹ qz consiliū. p humilē ⁊ deuotam ac freqntez orōem. vbi ⁊ quādo deest ꝓsiliū humanū Juxta illud sacre scripture. Cum ignoramus q̄d agere debeamus/ hoc solū habemus residui vt oculos nostros dirigam⁹ ad te. q̄uis et hic modus non debeat ab alīs duobus precedētibus deesse. immo cum eis concurrere. ¶ Qui autē alio modo/ vt frequenter apud plures contingit conscientiam suam deponit/ magna periricula et plus q̄m plures forsan credant/ incurrit. Tuncqz/ non est proprie con-

scientie depositio. sed contēptus grauis/ ⁊ supba p̄sumptio. Beat⁹ enī homo q̄ sp est pauidus in eis scz q̄ ad salutē ptinent ¶ Ex istis trib⁹ modis cū nōnullis supi/ us tractatoꝝ/ possunt notari octo ex q̄b⁹ causari ⁊ puenire solet ipius consciētie er ror. ¶ Primū est ignorātia. qñ scz q̄s ne/ scit q̄d sibi eligendū vel declinandū sit Secūdū est negligētia. cū quis scz negli git ꝯ sciētiā suā discutere. vel si p⁹ discussi onem se expedire nesciat: negligit tūc ab alīs q̄rere Tertiū ē supbia. qñ scz q̄s nō humiliat intellectū suū vt melioribꝫ ⁊ sa/ pientioribꝫ se credere velit. ¶ Quartū est singularitas. qñ scz hō suū ꝓpriū sensum seq̄ns/ nō vult se alīs ꝯformare. nec seq̄ vi as cōes bonoꝝ. ⁊ q̄d li. nūeroꝝ scribitur. Extrema castroꝝ ꝯsumpsit ignis ¶ Quī tū est affectio inordinata. q̄ sepe inclinat ꝯ sciaz ad id q̄d hō tūc appetit. ⁊ sic fac̄ eā a sua rectitudine deuiare Iuxta dictū Se nece Perit omne iudiciū/ cū res trāsierit in affectū. ¶ Sextū est pusillanimitas. pro pter quā. s. q̄s freq̄nter timz ea q̄ fm rectū iudiciū rōis timēda nō sunt ¶ Septimū est ꝓplexitas. qñ. s. hō se inter duo peccata positū esse credit ⁊ vtrūq̄z declinare q̄n. s. in vnū incidat iudicat īpossibile. Sz ad vez (vt ex supra tactis satis patet) ꝓpleri tas propie loquēdo nihil est simplr. sed fm q̄d. tamē pōt esse aliq̄s ꝓplexus. fm. s. consciaz erroneā. sed stati vt etiā supra ta ctū est/ eā deponēdo pt liberari. ¶ Octa/ uū est hūilitas. cordisq̄z puritas Unde Bre go. Bonaꝝ mentiū est ibi culpas agno/ scere vbi culpa nō est. ¶ Septem prima sunt mala ⁊ reprehensibilia. ⁊ error ex eis p ueniēs valde piculosus. Octauū ꝯo lau/ dabile est. erroreq̄z ex eo pueniēs/ p⁹ ⁊ me/ ritor⁹. īmo nec error propie dici dz. sed quedā humilis suoꝝ defectuū sueq̄z fragi litatis recognitio. dū tamē nō sit nimius

A ¶ Respectu secunde duarum questionū principaliū qua scilz queritur.

Vtrum consciētia

errans seu erronea excuset. q̄d iuxta eūdē beatū Thomā vt de pria q̄stione pricipa li in simili dictū est. est idē in effectu q̄ q̄/ rere. vtꝝ voluntas rōi erráti seu erronee cō cordās/ sit bona: veniūt iuxta intentōem īpius beati Thome ꝯsiderāda q̄ sequunt ¶ Primo (vt freq̄nter in supioribꝫ dictū est) bonū ⁊ malū in moralibꝫ magis cla/ re ad propositū ceptū loq̄ndo/ q̄ ad meri tū ⁊ demeritū/ ꝯsistit in actu inq̄ntum est volūtarius. ita q̄ bonitas vel malicia alicui⁹ act⁹/ ab īpa volūtate seu volūtatis im perio depēdet. qz si actus eēt inuolūtari⁹ nec meritori⁹ nec demeritori⁹ esset Et hic est illud sepe allegatū beati Aug. q̄ omne pctm̄ volūtariū est adeo. q̄ si voluntariū nō esset pctm̄ nō eēt ¶ Aduertendū est in sup q̄ quoad ꝓpositū/ pñs ignorātia sub duplici q̄litate inuenit. Una est q̄ causat inuolūtariū. i. q̄ dū cōtingit seu occurrit/ reddit seu efficit actū inuolūtariū. ⁊ hoc proprie indirecte. qz scz priuat hoiez a co gnitiōe q̄ pertingit ad hoc q̄ aliq̄d volūtari um existat Alia est ignorātia q̄ nō causat inuoluntariū. i. que dū ꝯtingit seu occur rit/ nō propterea actū inuolūtariū reddit seu efficit. q̄ inferius magis declarabunt. Ex q̄b⁹ duob⁹ clare seq̄tur q̄ illa ignoran tia que dū ꝯtingit seu occurrit reddit seu efficit actū inuoluntariū. tollit a tali actu oēm rōem boni ⁊ mali moralis/ meriti q̄z ⁊ demeriti. Illa vero q̄ dū occurrit nō red dit seu efficit actū inuolūtariū. dictā rōez boni ⁊ mali meritiq̄z ⁊ demeriti nō tollit. Pz ex p̄dictis q̄ vt iā stati dictū est/ tal' rō boni ⁊ mali meritiq̄z ⁊ demeriti/ a volūta te depēdet ¶ Est p̄terea p p̄dictoꝝ ⁊ aliq̄/ rū subseq̄ntiū itellectu notādū q̄ ignorā/ tia triplici mō seu sub triplici respectu se pt ad actū volūtatis bre Uno mō antece/ denter Alio mō ꝯcomitant ¶ Et alio mō cōsequēter Antecedēter ā t se hz ignorātia ad actū volūtatis/ qñ nō est volita/ seu vt ita dicat volūtaria. ⁊ tamē est causa volen di aliq̄d q̄d alias homo nō vellet scz si ta/ lis ignorātia nō esset vtputa qñ hō igno rat aliquā circūstantiā act⁹ quā scire non tenebat/ ⁊ ex hoc aliquid agit quod nō fa ceret si illam circūstantiam sciret. Ut po/ nit ipse beatus Thomas exemplū de illo qui diligētia de hincinde circumspicien/ do adhibita/ ignorās aliquem trāsire per viam/ proijcit sagittam/ qua trāseuntē in terfecit In isto enim casu/ ista ignorātia istius circūstantie/ scz trāsitus istius ho/ minis non est volita nec volūtaria/ qz iste proijciēs sagittā bene voluisset trāsitum illi⁹ hominis scire/ ⁊ tamē est causa volen/ di quia alias iste homo nō voluisset scilz proijciendi illā sagittā/ quā alias nō pie

B

